causa quæstionis huius? Litteras ei a corinthio Demea scriptas ad eũ reddo. Dum annuntio inquit: hic ibidem oppiminor. Et cuȝ dicto rursum foribus opessulatis introcapessit: modico deinde regressa: patefactis ædibus. Rogat te inquit: intuli me: eumqȝ accubantem: exiguo admodum grabattulo: & commodum cœnare incipientem inuenio: assidebat pedes uxor: & mensa uacua posita: cuius monstratu. En inquit hospitium. Bene ego: & illico eis litteras Demeæ trado: Quibus prosperiter lectis: amo inquit meũ Demeã: q mihi tantũ cõciliauit hospitem. Et cum dicto: iubet uxorem decedere. Vtqȝ ĩ eius locum assideam: iubet: meqȝ eam nunc uerecundia contantem: abrepta lacinia detrahens: adside inquit istic. Naȝ præ mœtu latronũ: nulla est fibula: an ne sufficientem supellectilem parare nobis licet? Feci. Et sic: ego te inquit etiam de ista torporis speciosa habitudine: deqȝ hac uirginali prorsus uerecundia: generosa stirpe proditum: & recte coniicerem. Sed & meus Demeas eadeȝ litteris pronuntiat: ergo breuitatem Gurgustioli nostri ne spernas peto: erit tibi adiacens: & ecce illud cubiculum: honestum receptaculum: fac libenter diuerseris in nostro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris: & tibi specimen glorioſum arrogaris: sis cõtentus lare paruulo: Thæsei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris: qui non est aspernatus Alcs anus hospitium tenue. Et uocata ancillula. Fotis inquit sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum. Ac simul ex promptuario oleum unctui: & lintea tersui: & cætera hæc eidem usui profer ociter. Et hospitem meum produc ad proximas balneas: satis arduo itinere: atqȝ prolixo fatigatus est. His ego auditis: mores atqȝ parsimoniam ratiocinans Milonis: uolensq3 me artius ei conciliare. Nihil inq̃ rerum istarum: quæ itineris ubiqȝ nos comitantur: indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Plane quod est mihi summe principium: æquo qui me strenue peruexit: fenum atqȝ ordeum: acceptis istis numulis tu Fotis emito. His actis: & rebus meis in illo cubiculo conditis: pergẽs ipse ad balneas: ut priꝰ aliquid nobis cibatui prospicerem: forum cupedinis peto. Inqȝ eo piscatum opiparem expositum uideo: & præcontato precio: qꝑ centum nũmis indicaret aspernatus. xx. denarios perstinaui. Inde me commoduȝ egredientem: continuatur Pythias condiscipulus apud athenas athicas meus: qui me post aliquantulum multum temporis amanter agnitum inuadit: amplexuſqȝ ac comiter deoſculatus. Miluci ait: sat pol diu est: qꝑ interuisimus te. At Hercules exinde

Gurgustioli nri

dignatione tua

Forũ cupedinis

c Vaſtio magiſtro digreſſi ſumus. Quæ aũt tibi cauſa peregrinatiõis huius? Craſtino die ſcies inq̃. Sed quid iſtud? uoti gaudeo. nam & li xas & uirgas: & habitũ ꝓrſus magiſtratui congruentẽ in te uideo. Annonam curamus ait: & ædilem gerimus: & ſiquid obſonare cupis: utib⁹ cõmodabimus. Abnuebam: qppe q iam cœnæ affatim piſcatu⁹ proſpexeramus. Sed enī Pythias uiſa ſportula: ſuccuſſiſq⁹ īaſpectũ planiorẽ piſcib⁹. At has qſquilias quanti paſti? Vix inq̃ piſcatori extorſimus accipe. xx. denarios: Quo audito: ſtatim adrepta dextra poſtliminio me in fo⁹ cupedinis reduceres. Et a quo inquit iſto⁹ miga mẽta hæc cõparaſti? Demonſtro ſeniculũ: in angulo ſedebat. Quem cõfeſtim ꝑ ædilitatis īperio uoce aſprima increpans. Iam iam inquit nec amicis quidẽ noſtris: uel oĩno ullis hoſpitib⁹ parcitis? Quid tam magnis preciis piſces friuolos indicatis? & florẽ Theſſaliæ regiõis inſtar ſolitudinis: & ſcopuli ædiliũ caritate deducitis? ſed nõ īpune. ia⁹ enī faxo ſcias: quẽadmodũ ſub meo magiſterio mali debeant coerceri: & ꝓfuſa in mediũ ſportula: iubet officialẽ ſuũ inſuꝑ piſces inſcendere: ac pedibus ſuis totos obterere: qua cõtentus mo⁹ ſeueritudine: meus Pythias: ac mihi ut abirẽ ſuadens: Sufficit mihi o Luci inquit ſeniculi tanta hæc cõtumelia. His actis: cõſternatus ac ꝓrſus obſtupidus: ad balneas me refero: prudẽtis cõdiſcipuli ualido cõſilio: & nũmis ſimul priuatus & cœna: lautuſq⁹ ad hoſpitiũ Milonis: ac dehinc cubiculũ me reporto. Et ecce Fotis ancilla: rogat te inqt hoſpes. At ego iam inde Milonis abſtinẽtiæ cognitor: excuſaui comiter: qd' uiæ uexationẽ non cibo: ſed ſomno cenſerẽ diluendam. Iſto accepto ꝓgit ipſe: & iniecta dextra clementer me trahere adoritur. Ac dum contordum modeſte renitor. Non prius inquit diſcedam q̃ me ſequaris. Et dictum iureiurando ſecutus iam obſtinationis ſuæ: me ingratis obedientem perducit ad illum ſuum grabattulũ: & reſidenti: q̃ ſalue agit inquit Demeas noſter: quid uxor: quid liberi: quid uernaculi?

Micamenta

Narro ſingula: percunctatur accuratius cauſas etiam peg rinationis mex: quas ubi probe ꝓtuli: iam & de patria noſtra & eius primoribus: ac deniq⁹ de ipſo præſide ſcrupuloſiſſime explorans ubi me poſt itineris tam ſæui uexationem ſentit: fabularum quoq⁹ ſerie fatigatũ in uerba media ſomnolentum deſinere: ac nec quicq̃ defectum iam in certa uerborum ſalebra balbutire: tandem patitur cubitum concederem. Euaſi aliquando rancidi ſenis loquax & famelicum conuiuium ſomno non cibo grauatus: cœnatus ſolis fabulis: & in cubiculum reuerſus optate me quieti reddidi.

EIVSDEM LIBER SECVNDVS DE ASINO AVREO.

UT primum nocte discussa: sol nouus diez fecit: & somno simul emersus: & lectulo: anxius alioquin & nimis cupidus cognoscendi: quæ rara miraqz sunt: reputansqz me media Thessaliæ loca tenere: quo artis magicæ natiua cantamina totius orbis consono ore cælebrantur: fabulamqz illam optimi comitis Aristomenis: de situ Ciuitatis huius exortam: suspensus alioquī: & uoto simul: & studio: curiose singula considerabam. Nec fuit in illa ciuitate: qd' aspiciens: id esse crederem: qd' esset: sed oīa prorsus ferali murmure ī aliaz effigiē trāslata: ut & lapides: quos offenderez: de hoīe duratos: & aues: quas audirē: indidem plumatas: & arbores quæ pomerium ambirent: foliatas similiter: & fontanos latices de corpibus hūanis fluxos crederem. Iam statuas & imagines incessuras: pietes locuturos: boues & id gen' pecua dictura præsagium: de ipso uero cælo: & iubaris orbe: subito uenturū oraculuz. Sic attonitus: īmouero cruciabili desiderio stupidus: nullo quidez initio: uel omnino uestigio: cupidinis meæ repto: cuncta circuibam: tamen dum in luxu nepotali simul hostiatim singula perro: repente me nescius forum cupedinis intuli. Et ecce mulierem quampiam frequēti stipatam famulatione: ibidem gradientē: adcelerato uestigio: cōpræhendo. Auruz in gemmis: & in tunicis ibi inflexum: hic intextum matronam profecto confitebatur: huius adhærebat lateri senex: iam grauis in annis: qui ut primum me conspexit. Est inquit Hercules hic Lucius: & offert osculum: & statim incertum quidnam in aurē mulieris obganniit. Quin inquit etiaz uel ipsam parentem tuam accedis: & salutas? Vereor inq̄ ignotæ mihi fœminæ: & statim rubore suffusus: reiecto capite restiti. At illa obtutū in me conuersa. Et inquit sanctissimæ Saluiæ matris generosa probitas: sed & cætera corporis exequabiliter ad regulaz: qua diligenter aliquid adfigunt: sunt cōgruētia. Inenormis succulenta ꝓceritas: gracilitas: rubor tpatus: flauum & inaffectatum capillicium: oculi cæsii quidem: sed uigiles: & in aspectus micantes prorsus aquilinos: quoquouersum floridus: speciosus & īmediat' incessus: & adiecit. Ego te o Luci meis istis manibus educaui: qdni parentis tuæ: ñ modo sanguinis: uerum alimoniaꝝ etiam sotia. Nam & familia Plutarchi ambe prognate sumus: & eandē nutricem simul bibimus: & innexu ger-

natiua cātamina

Luxu nepotali

saluiæ mris

succulenta

oculi cesij

eādē nutricē simul bibimus

manitatis ūna coaluim⁹: nec aliud nos q̄ dignitas diſcernit q̄ūod cla riſſimas illa: ego priuatas nuptias fecerimus. Ego ſum Byrrhena il la: cuius forte ſepicule nomen inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaq3 hoſpitium fiducia: immo uero iam tuū ꝓpriu3 larem. At hæc ego iam ſermonis ipſius mora: rubore digeſto. Abſit inquam parens ut Milonem hoſpitem ſine ulla querela deſera3. Sed plane quod officiis integris poteſt effici: curabo ſedulo: quotiens iti neris huius ratio naſcetur nunquam erit ut non apud te deuortar. Dum hunc & huiuſmodi ſermonem altercamur: paucis admodum confectis paſſibus: ad domum Byrrhenæ peruenimus. Atria longe pulcherrima columnis quadrifariam: per ſingulos angulos ſtantib⁹ attollebant ſtatuas Palmaris deæ. Facies quæq3 pinnis explicitis ſine greſſu pilæ uolubilis: inſtabile ueſtigium plantis roſcidis decitantes nec ut maneant inhærent: & iam uolare creduntur: econtra lapis pari us in Dianam factus: tenet libratam totius loci medietatem: ſignum perfecte luculentum: ueſte reflatum: procurſu uegetum: introeunti bus obuium: & maieſtate numinis uenerabile: canes utrinque ſecus deæ latera muniunt: qui canes & ipſi lapis erant. His oculis minan tur: aures rigent: nares hiant: ora ſeuiunt: & ſicunde de proximo la/ tratus ingruerit: eum putabis de faucibus lapidis exire: & in quo ſū/ mum ſpecimē opere fabrilis egregius ille ſignifer prodidit: ſublatis canibus impetus arduus: pedes imi reſiſtunt: currunt priores. Pone tergum deæ: ſaxum inſurgit in ſpeluncæ modum muſcis & herbis: & foliis & uirgulis: & ſic ubi pampinis & arbuſculis: alibi de lapide florentibus: ſplendor intus umbra ſigni: de nitore lapidis: ſub extre/ ma ſaxi margine: poma & uuæ faberrimæ politæ dependent: quas ars æmula naturæ: ueritati ſimiles explicuit. Putes ad cibu3 inde quæ dam⁹ cum muſtulentus autumnus maturum colorem afflauerit poſ ſe decerpi. & ſi fontes qui Deæ ueſtigio diſcurrentes in lenem uibran tur undam: pronus aſpexeris: credes illos ut rure pendentes racemos inter cætera ueritatis: nec agitationis officio carere. Intermedias frondes lapidis Actheon ſimulachrum: curioſo obtutu in dorſum proiectus: iam in ceruum ferimus: & in ſaxo ſimul: & in fonte lotu ram Diayam opperiens uiſitur. Dum hæc identidem rimabūdus eximiæ delector: tua ſunt inquit Byrrhena cuncta: quæ uides. Et cum dicto cæteros omnes: ſermone ſecreto decedere præcepit. Qui bus diſpulſis omnibus: Per hanc inquit deam o Luci cariſſime ut an xiæ tibi metuo: & utpote pignori meo longe prouiſum cupio. Caue

Byrrhena

Deſcriptio domus byrrhene pulcherrima.

palmaris dea

Lapis pariuſ in Diana factuſ.

canes lapidei

ſaxum in ſpelunce modum

Vue faberrime polite.

Muſtulentuſ Autumnuſ.

Actheon

pamphile

tibi: sed caue fortiter a malis artibus: & facinorosis illecebris Pamphiles illius: quæ cum Milone isto: quem dicis hospitez: nupta est.: magna primi nominis: & omnis carminis sepulchralis magistra credit: quæ surculis: & lapillis: & id genus friuolis inhalatis omnem istam lucem mundi sideralis: imis tartari: & inuetustum chaos submergere nouit: Nam simul quenq̃ conspexit speciosæ formæ iuuenem: uenustate eius sumitur: & ilico in eum & oculum & animum detorquet. Serit blandicias: inuadit spiritum: amoris profundi pedicis æternis alligat. Tũc minus morigeros: & uiles fastidiens: in særa: & in pecua: & quoduis animal: puncto reformat. Alios uero prorsus extinguit: hæc tibi trepido & cauenda censeo: Nam & illa urit perpetuum: & tu puer ætatem: & pulchritudinem: capax eius es. Hæc mecum Byrrhena satis angia. At ego curiosus alioquin: ut primũz artis magicæ semper optatum nomen audiui: tantum a cautela Pamphiles abfui: ut etiam ultro gestirem: tali magisterio me uolens ampla cũ mercede tradere: & prorsus ĩ ipsum barathrum salutu concito præcipitare. Festinus deniqz & uecors animi: manu ei⁹ uelut cathena quadam memet expedio: & salue propere addito: ad Milõis hospitium pniciter euolo. Ac dum amẽti similis celero uestigiũ. Age inq̃ o luci: euigila: & tecum esto: habes exoptatam occasionẽ: & uoto diutino poteris fabulis miseris explere pectus: aufer formidines pueriles: cominus cum re ipsa gnauiter congredere: et a nexu quidez uenerio hospitis tue tẽpera: & ꝓbi Milonis genialem torũ religiosus suspice. Verũ enĩuero Fotis famula petaꝰ annixe. Nam & forma scitula: et moribus ludicra: et prorsus argutula ẽ. Vesperi quoqz cũ somno concederes: et in cubiculum te deduxit: comiter et blande lectulo collocauit: et satis amanter cohoperuit: et osculato tuo capite q̃ inuita discederet: uultu prodidit. Deniqz sæpe retrorsa respiciens substitit: qd̃ bonum: fœlix et faustum sit. Itaqz licet in salutare nõ erit: Fotis illa temptetur. Hæc mecum ipse disputans: fores Milonis accedo: et quod aiunt: pedibus in sententiam meam uado. Nec tñ Milonem domi uel uxorẽ eius offendo: sed tantũ caram meam Fotidem: quæ suis dominis parabat Iuscum fartim circũcisum: et pulpaz frustatim cõsectam: abacũ pascue hirulentam: et qdẽ naribus iam mihi ariolabar: tucetum per q̃ sapidissimuz. Ipsa linea tunica mũdule amicta: et rursus se a faciola prænitẽte altiuscule: sub ipsas papillas succintula: illud cibarium uasculum floridis palmulis rotabat in circulum: et ĩ orbis flexibus crebra succutiens. et simul mẽbra sua leniter

Fotis

A fasciola sub ipas papillas succintula

illubricans: lumbis ſenſim uibrantibus: ſpinam mobilem quatiens: placide: decenter inundabat. Iſto aſpecto defixus obſtupui: & mirabundus ſteti. Steterunt & membra quæ iacebant ante: & tandem ad illam q̄pulchre: quanq; feſtiue inquam. Fotis mea ollulam iſtam cū natibus intorques: q̄mellitum pulmentum apparas: fœlix & certius beatus: cui permiſeris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin & dicacula puella: diſcede inquit miſelle q̄procul a me: a Focullo diſcede. nam ſi te uel modice meus igniculus afflauerit: urereris intime. Nullus extinguet ardorem tuum: niſi ego: quæ dulce condiens & ollam & lectulum: ſuaue quatere noui. Hæc dicens in me reſpexit & riſit: nec tamen ego prius inde diſceſſi: q̄ diligenter omnem eius exploraſſem habitudinem: uel quid ego de cæteris aio? Cum ſemper mihi unica cura fuerit: caput capillumque ſedulo: & publice prius intueri: & domi: poſtea perſtrui? Sicque iudicii huius apud me certa & ſtatuta ratione: uel quod præcipua pars iſta corporis in aperto & perſpicuo poſita: prima noſtris luminibus occurrit: & quidem in cæteris membris floride ueſtis hylaris color: hoc in capite nitor natiuus operator. Denique plereq; indolem gratiaſque ſuas probature: lacinias omnes exuunt. amicula dimouent: nudaq; pulchritudinem ſuam præbere ſe geſtiunt: magis de cutis roſeo rubore: q̄ de ueſtis aureo colore placiture. At uero quod nefas dicere: ne quod ſit ullum huius rei tam durum exemplum: ſi cuiuſlibet eximiæque pulcherrimæq; fœminæ caput capillo ſpoliaueris: & faciem natiua ſpecie nudaueris: licet illa cœlo deiecta: mari edita: fluctibus educata Licet inquam Venus ipſa fuerit: licet omni gratiarum choro ſtipata & tota cupidinum populo comitata: & balteo ſuo cincta cinnama fragans: & balſama rorans: calua proceſſerit: placere nō poterit: nec uultu cano ſuo. Quid cum capillis color gratus & nitor ſplendidus illuxerit? Ecce Solis aciem uegetus fulgurat: uel placidus renitet. At ī contrariam grauem uariat aſpectum: & nunc aurum choruſcans in mellis lenem deprimitur umbram. Nunc coruina nigredine ceruleus columbarum collis floſculos æmulatur: uel cum guttis arabicis obunctus: & pectinis arguti dente tenui diſcriminatur. Et pone uerſum coactus: amatoris oculis occurrēs: inſtar ſpeculi reddit imaginem gratiorem: quid cum frequenti ſobole ſpiritus cumulat uerticem? uel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat. Tanta denique eſt capillamenti dignitas: ut quanuis auro: ueſte: gēmis: omniq; cætero mūdo exornata mulier incedat: tamen niſi capillum diſtinxerit:

Dicacula puella.

& turpis ſit mulier abſq; capillo.

Dignitas capillamenti.

ornata non posſit uideri : ſed in mea Fotide : non operoſus : ſed inor
dinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines: leniter emiſ
ſos : & ceruice dependulos : ac deinde per colla diſpoſitos ſenſimq3 ſi
patagio simuato nuato patagio reſidentes: pauliſper ad finem conglobatos: ī ſummū
uerticem nodus adſtrinxerat. Nec diutius quiui tantum crucia/
tum uoluptatis eximiæ ſuſtinere. Sed pronus in eam qua fine ſum/
mum cacumen capillus aſcendit: mellitiſſimuz illud ſauium impræſ
ſi. Tum illa ceruicem intorſit: & ad me conuerſa limis & morſican/
tibus oculis. Heus tu Scholatice ait: dulce & amarum guſtulum
carpis. Caue ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinez
trahas. Quid iſtic inq̄ eſt: mea feſtiuitas: cuz ſim paratus: uel uno
baſiolo interim recreatus: ſuper iſtum ignem porrectus aſſari? Et cū
dicto artius eam complexus cæpi ſauiari. Iamq3 æmula libidine ī
amoris parilitatem congermaneſcenti mecum. Iam patentis oris in/
halatu cinameo : & occurſantis linguæ illiſu nectareo: prona cupidi
ne adliueſcente : pereo inq̄: immo iam dudum perii: niſi tu propicia/
ris. Ad hæc illa rurſum me deoſculato: bono animo eſto inquit.
Nam ego tibi mutua uoluntate mancipata ſuz : nec uoluptas noſtra
differetur ulteri? : ſed prima face in cubiculum tuum adero. Abi
ergo : ac te compara: tota enim nocte tecum fortiter: & exanimo præ
liabor. His & talibus obgannitis ſermonibus inter nos diſceſſum
xeniola eſt. Commoduz meridies acceſſerat : & mittit mihi Byrrena Xeniola
porcum optimum: & quinq3 gallinulas : & uini cadum in ætate præ
cioſi. Tunc ego uocata Fotide. Ecce inq̄ Veneris hortator & armi
ger liber: aduenit ultro: uinuz iſtud ſorbeamus hodie omne: qui no/
inculiat bis reſtinguat pudoris ignauiam : & alacrem uigorem libidinis incu
Sitarchia liat: hæc enim ſitarchia nauigio Veneris īdiget ſola : ut in nocte per
uigili : & oleo lucerna: & uino calix abundet: diem cæterum lauacro
ac dehinc cœnæ dedimus. Nam Milonis boni concinnaticiam men/
ſulam rogatus accubueram : q̄pote tutus ab uxoris eius aſpectu :
Byrrhenae monitorum memor : & perinde in eius faciem oculos
meos : ac ſi in auernum lacum formidans deieceram : ſed aſſidue re/
pronoſticū & lucerna ſpiciens præminiſtrantem Fotidem : inibi recreabar animi. Cum ec
ce iam ueſpera : lucernam intuens : Pamphile: q̄ largus inquit hym
ber aderit craſtino : & percontanti marito: qui comperiſſet iſtud? Re
ſpondit ſibi lucernam prædicere. Quod dictum ipſius Milo riſu
Lucerne Sibylla ſecutus : grandem inquit iſtam lucernæ ſibyllam parcimus: quæ cū
cta cæli negotia: & ſolem ipſum de ſpecula candelabri cōtuetur. Ad

hæc ego ſubiiciens. Sūt aio prīa huiuſcemodi diuinationis experimē
ta: nec mirum: licet modicum iſtud igniculum: & manib⁹ humanis
laboratum: memorem tamē illius maioris: & cœleſtis ignis: uelut ſui
parentis: quid eſſ3 editurus in ætheris uertice: diuino præſagio: & ip
ſum ſcire: & nobis enuntiare. Nam & corinthi: nunc apud nos paſ/
ſim: chaldeus quidam hoſpes: miris totam ciuitatem reſponſis: tur/ chaldeus qdam
bulenta & arcana fatorum ſtipibus emerendis: edicit in uulgum: qui
dies copulam nuptialem adfirmet: qui fundamenta mœnium perpe/
tuet: qui negotiatori commodus: qui uiatori celebris: qui nauigiis
opportunus: mihi deniq3 prouentum huius peregrinationis inqui/
renti: multa reſpondit: & oppido mira: & ſatis uaria. Nunc enim glo
riam ſatis floridam: nunc hiſtoriam magnam: & incredendam fabu/
lam: & libros me facturum. Ad hæc renidens Milo: qua inquit cor
poris habitudine præditus: quoue nomine nūcupatus: hic iſte Chal
deus eſt? Procerus īquam: & ſuffuſculus Diophanes nomine: Ipſe Diophanes
eſt ait: nec ullus alius. Nam & hic apud nos multa multis ſimiliter
effatus: non paruas ſtipes: immo uero mercedes optimas iam conſe/
cutus fortunam ſeueram: an ſeuam uerius dixerim: miſer incidit.
Nam die quadam: cum frequentis populi circulo conſeptus: coratio
ne circunſtantium fata donaret: Cerdo quidam nomine negotiator:
acceſſit eum: diem commodum peregrinationi cupiens: quem cum
electum deſtinaſſet illi: Iam depoſita crumena: Iam profuſis numu/
lis: iam dinumeratis centum denariis: quos mihi cædem diuinatiōis
auferret ecce quidam de nobilibus adoleſcentulus a tergo adrepens
eum lacinia præhendit: & conuerſus: amplexuſq3 exoſculatur artiſ/
ſime. At ille ubi primum conſauiatus eum: iuxta ſe ut aſſideret ef/
fecit: attonitus & repentinæ uiſionis ſtupore: & præſentis negotii:
quod gerebat: oblitus inſit ad eum. Quam olim equidem exoptatus
nobis aduenis? Reſpondit ad hæc ille alius: commodum ueſpera ori/
ente: ſed uiciſſim tu quoq3 frater mihi memora: quemadmodum
exinde ut de Euboea inſula feſtinus enauigaſti: & maris & uiæ conſe
ceris iter. Ad hæc Diophanes ille chaldeus egregius: mente uidu/ mente uiduus
us: necdum ſuus. Hoſtes inquit: & omnes inimici noſtri: tam diram:
immo uero Vlyxeam peregrinatione3 incidant. Nam & nauis ipſa chaldei irrisio.
qua uehebamur uariis turbinibus procellarum quaſſata: utroq3 re/
gimine amiſſo: egre ad ulterioris ripæ marginem detruſa: præcipicio
demerſa eſt: & nos omnibus amiſſis: uix enatauimus: quodcunq3
uel ignotorum miſeratione: uel amicorum beniuolentia extraxi/

mus: id omne latrocinalis inuaſit manus: quoꝝ audaciæ repugnans
Arisuatus etiam nomine Ariſuatus unicus frater meus: ſub iſtis oculis miſer
iugulatus eſt. Hæc eo adhuc narrante mœſto: credo ille negotiator
correptis numulis ſuis: quos diuinationis mercedi deſtinauerat: ꝑ
tinus aufugit: ac dehinc: tunc demum Diophanes expergitus: ſenſit
impudentiæ ſuæ labem. Cum etiam nos omnes circunſecus adſtan
tes: in clarum cachinum uideret effuſos: Sed tibi plane Luci domi
ne: ſoli omnium Chaldeus ille uera dixerit: ſiſq; fœlix: & iter dexteꝝ
porrigas. Hæc Milone diutine ſermocinante: tacitus ingemiſceba;:
mihiq; non mediocriter ſuccenſebam: qꝑ ultro inducta ſerie inoppor
tunarum fabularum: partem bonam ueſpere: eiuſq; gratiſſimum
fructum amitterem: & tandem deniq; deuorato pudore: ad Milone;
aio: ferat ſuam Diophanes ille fortunam: & ſpolia populorum rur
ſum conferat mari pariter ac terræ: mihi uero fatigationis heſternæ
etiam nūc ſautio: da ueniam maturius concedam cubitum. Et cum
dicto faceſſo: & cubiculum meum cōtendo. Atq; illic deprehendo
epularum diſpoſitiones ſatis concinnas. Nam & pueris extra limen:
credo ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur: humi: q̄procul
diſtractum fuerat grabattulum meum: aſſiſtit mēſulæ coænæ totius
honeſtas reliquias tolerans: & calices boni: iam infuſo latice ſemiple
ni ſolam temperiem ſuſtinentes: & laguena iuxta: officio ceſſim dea/
ſcento pateſcens. facilis hauritu: prorſus gladiatorie ueneris antece/
nia. Commodum cubueram: & ecce Fotis mea iam domina cubi/
tum reddita: iacta proximat roſe ſerta: & roſa ſoluta in ſinu tuberan
te: ac me præſſim deoſculato: & corollis reuincto: ac flore proſperſo:
arripit poculum ac deſuper aqua calida iniecta: porrigit bibam: idq;
modicum priuſq̄ totum exorberem: clementer inuadit. Ac reli
ctum pullulatim labellis minuens: meq; reſpiciens ſorbillat dulci
ter: ſequenſq; & tertium inter nos uiciſſim & frequens alternat po
culum. Cum ego iam uino madens: nec animo tantum: uerum in
corpore ipſo ad libidinem: inquiens alioquin: & petulans: etiam ſau
tius pauliſper inguinum ſine lacinia remota impatientiam ueneris
Fotidi meæ monſtrans: miſerere inquam: & ſubueni maturius.
Nam ut uides: prælio quod nobis ſine fenali officio indixeras: iam
proximante uehementer intentus: ubi primam ſagittam ſeui cupidi
nis in ima præcordia mea delapſaꝫ excæpi: arcum meum & ipſe uigo
re tetendi: & oppido formido ne neruꝰ rigoris nimietate rumpatur:
ſed ut mihi morem plenius geſſerit: ineffuſum laxa crinem: & capil

lo fluente undantur æde complexus amabiles. Nec mora: cum omnibus illis cibariis uaseulis raptim remotis: laciniis cunctis suis renuda ta: crinibusq3 dissolutis ad hylarem lasciuia3: in speciē Veneris: quæ marinos fluctus subitat pulchre reformata: paulisper etiam glabella fœmina: uel rosea: palmula potius obumbrans de industria: q̄ tegens uerecundia præliare inquit: & fortiter præliare. Nec enim tibi cædam nec terga uortam: cominus in aspectum: si uir es: dirige: & grassare gnauiter: & occide moriturus: hodierna pugna non habet missione3. Hæc simul dicens: inscenso grabattulo: super me sensim residens: ac crebra subsiliens: lubricisq3 gestibus mobilem spinam quatiens: pendulæ Veneris fructu me satiauit: usq3 dum lassis animis: & marcidis artibus defagitati: simul ambo corruimus: inter mutuos amplexus: animas anhelantes: his & huiusmodi colluctationibus ad confinia lucis usq3: peruigiles egimus: poculis interdum lassitudinem refouentes: & libidinem incitantes: & uoluptatem integrantes. Adcui⁹ noctis exemplar similes adstruximus alias plusculas. Forte quada3 die mecum magnopere Byrrhena contendit: apud eam cœnulæ intereē3 & cum impendio excusarem: negauit ueniam Ergo igitur Fotis erat adeunda: deq3 nutu eius consilium: uelut auspicium petendum quæ quanq̄ inuita q̄ a se ungue latius digrederer: tamē comiter amatorię militiæ breuem commeatum indulsit. Sed heus tu inquit caue: regrediare cœna maturius: nam uesana factio nobilissimorum iuuenū pace publica infecta: passim trucidatos per medias plateas uidebis iacere. Nec præsidis auxilia longinqua leuare ciuitatē tanta clade possunt: Tibi uero fortunæ splendor insidias: contemptus etia3 peregrinationis poterit afferre. Fac sine cura inquam sis Fotis mea. Na3 preter quod epulis alienis uoluptates meas anteferrem: mœtum etiam istum tibi demam: maturata regressione. Nec tamē incomitatus ibo. Nam gladiolo solito cinctus altrinsecis: ipse salutis meæ præsidia gestabo. Sic paratus cœnæ me committo: frequens ibi numerus epulonum: & utpote apud primatem fœminam flos ipse ciuitatis opipares citro & ebore nitentes: lecti aureis uestibus intecti. Ampli calices uariæ quidem gratiæ: sed preciositatis unius. Hic uitrum fabre sigillatum: ibi cristallum impictum: argentum alibi clarum: & auru3 fulgurans: & succinum mire cauatum: & lapidem ut bibas: & quicquid fieri non potest: ibi est: diriuitores plusculi splendide amicti: fercula copiosa: scitulæ subministrata: pueri calamistrati: pulchre indusiati gemmas formatas in pocula uini uetusti frequenter offerre. Iam

Amatorię militię breuem cōmeatū indulsit.

in latis luminibus epularis sermo percrebuit. Iam risus adfluēs & iocī liberales: & cauillus hincinde. Tu īsit ad me Byrrhena q̄ cōmo de uersaris in nostra patria: quod sciam: templis: & lauacris: & cæteris operibus: longe cuncta Ciuitates antecellimus: utensilium præterea pollemus affatim: certa libertas ociosa: & negotiosa quidem adueniente romana frequentia: modesto uero hospiti quies uillatica: omniq3 deniq3 prouinciæ uoluptarii secessus sumus. Ad hæc ego subiiciens: uera memoras: nec usq̄ gentium: magna me liberum: q̄ hic fuisse credidi: sed oppido formido cæcas & ineuitabiles latebras magicæ disciplinæ. Nam ne mortuorum quidem sepulchra tua dicuntur: sed & bustis & rogis reliquiæ quædam: & cadauerum præsegmina: ad exitiabiles uiuentium fortunas petuntur. Et cantatrices anus in ipso momento choragii funeris perpeti celeritate: alienaꝫ sepulturam anteuortunt. His meis addidit aulis: immo uero istic nec uiuentibus quidem ullis parcitur: & nescio qui simile passus ore undiq3 omnifariam deformato: truncatus est. Inter hæc: conuiuium totum in licentiosis cachinnis effunditur: omniumq3 ora & obtutus: in unum quempiam angulo se cubantē3 conseruntur: qui cū ctorum obstinatione confusus: indigna murmurabundus: cum uellet exurgere. Immo mi Telephron Byrrhēa inquit: & subsiste paulisper: & more tue urbanitatis Fabulam illam tuam remetire: ut & filius meus iste Lucius lepidi sermonis tui perfruatur comitate. At ille: tu quidem domina ait: in officio mones sanctæ tuæ bonitatis: sed ferenda non est quorundam insolentia. Sic ille commotus:

Sed instanti Byrrhene quiue cum adiuratione sue salutis ingratis cogebat effari: perfecit: ut uellet. Ac sic aggeratis in cumulum stragulis: & effultis in cubitum: suberectisq3 in torum: porrigit dexteram: & instar oratorum conformat articulum: duobusq3 infimis conclusis digitis: cæteros eminus porrigens: & infesto pollice clemēter subrigens infit Telephron. Pupillus ego mileto profectus ad spectaculuꝫ olympicum: cum hæc etiam loca prouinciæ famigerabilis adire cuperem: peragrata cuncta Thessalia: fuscis auibus larisam accessi: ac dum singula pererrans: tenuato admodum uiatico: paupertati mee fomenta conquiro: conspicor medio foro procerum quendam senem: insistebat lapidem: claraq3 uoce prædicabat. Si qui mortuum seruare uellet: de pracio liceretur: & ad quempiam prætereuntium. Quid hoc inq̄ comperior? hiccine mortui solent au fugere? Tace respondit ille. Nam oppido puer: & satis pereginus

es:meritoq3 ignoras Theſſaliæ te conſiſtere:ubi Sagæ mulieres ora mortuorum paſſim demorſicant:eaq3 ſunt illis artis magicæ ſupplementa. Contra ego:& quæ tu inquam:dic Sodes cuſtodela iſta feralis? Iam primum reſpondit ille:perpetem noctem eximie uigilandu3 eſt. Exertis & inconuerſis oculis:ſemper in cadauer intentis: nec acies uſquam deuertenda:immo ne obliquanda quidem. Quippe cum deterrime uerſipelles in quoduis aīal ore conuerſo latenter obrepant: ut ipſos ēt oculos ſolis & iuſticiæ facile fruſtrent. Na3 & aues & rurſum canes & mures:immo uero etiam muſcas induunt. Tunc diriſ cantaminibus ſomno cuſtodes obruunt:nec quiſquam definire poterit:quantas latebras nequiſſimæ mulieres pro libidine ſua comminiſcuntur. Nec tamen huius ta3 exitiabilis opere merces amplior q̄ quaterni uel ſeni ferme offeruntur aurei. Ehem & quod pene præteri eram:ſi qui non integrum corpus mane reſtituerit: quicquid inde decerptum dimminutumque fuerit:id omne de facie ſua defectū ſartire compellitur. His cognitis:animum meum co3 maſculo & ilico accedens preconem. Clamare inquam iam deſine:adeſt cuſtos paratus:cædo præmium. Mille inquit nūmi deponētur tibi. Sed heus iuuenis caue diligenter:principium ciuitatis filii cadauera malis harpyis probe cuſtodias. Ineptias inquam mihi narras & nugas meras: uides hominem ferreum & inſomnem certe. Perſpicatiorem ipſo linceo:uel argo & oculeum totum. Vix finieram:& ilico me produxit ad domum quampiam cuius ipſis foribus obſeptis:per quanda3 breuem poſticulam introuocat me:& conclaue quoddam obſeratis limi nibus umbroſum demonſtrat cubiculum:matronam flebilem: fuſca ueſte contextam:quam propter adſiſtens:hic inquit autoratus ad cuſtodiam mariti tui fidenter acceſſit. At illa crinibus antependulis hincinde dimotis:etiam in mœrore:luculentam proferens faciem meq3 reſpectans. Vide oro inquit q̄expergite munus obeas. Sine cura ſis inquam modo corollarium idoneum comparas:hic placito otius ſurrexit:& ad illud me cubiculum inducit:ibi corpus ſplendentibus linteis coopertum:introductis quibuſdam ſeptem teſtibus manu reuelat:& diutine uſu perfleto:obteſtata fidem præſentium ſingula demonſtrat anxiæ:uerba concepta de induſtria quodam tabulis prænotante. Ecce inquit naſus integer:incolumes oculi:ſalue aures: inlibatæ labiæ:mentum ſolidum:uos in hanc re3 boni Quirites teſtimonium perhibetote:& cum dicto:conſignatis illis tabulis faceſſit. At ego. Iube inquam domina cuncta quæ ſunt uſui neceſſaria:nobis

aīum meū commaſculo

autoratus

labiæ

exiberi. Atq; inquit ista sunt? Lucerna aio prægrandis: & oleum ad lucem: luci sufficiens: & aqua cum cenophoris: & calicæ cœnaruꝫ qꝫ reliquiis discus ornatus. Tunc illa capite quassanti: abi inquit fatue qui in domo funesta cœnas & partes requiris: in qua tot iugis iam diebus ne fumus quidem uisus est ullus: An istic comesatuꝫ te uenisse credis? quin sumis potius loco congruentes luctus: & lachrymas? Hæc simul dicens respexit ancillam. Et Myrrhene inquit lucernam & oleum trade confestim: & incluso custode cubiculo protinus facesse. Desolatus ad cadaueris solatium perfrictis oculis: & obarmatis ad uigilias: animum meum permulcebam cantationibus. Cum ecce crepusculum: & nox prouecta: & nox altior: & deinde concubia altiora: & iam nox intempesta: mihiq; oppido formidolosa cumulatior quidem: cum repente introrepens mustela circa me constitit: obtutumq; acerrimum in me destituit: ut tantillum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbarit animum: deniq; sic ad illam. Quin abis inq̃ impurata bestia: teq; ad tui similis musculos recõdis: anteq̃ nostri uim præsentariam experiaris: quin abis? Terga uortit: & cubiculo protinus exterminatur. Nec mora cum me somnus profundus in imum barathrum repente demergit: ut ne deus quidem delphicus ipse: facile discerneret: duobus nobis iacentibus: quis esset magis mortuus: sic inanimis & indigens alio custode: pene ibi non eram: commoduꝫ noctis inducias cantus perstrepebar cristatæ cohortis. Tandem expergitus: & nimio pauore perterritus: cadauer accurro: & admoto lumine: reuelataq; eius facie rimabar singula quæ cuncta conuenerant. Ecce uxor misella flens: cum hesternis testibus introrupit anxia: & statim corpori superruẽs: multumq; ac diu deosculata: sub arbitrio luminis recognoscit omnia: & conuersa Philodespotum requirit autorem: ei præcipit: bono custodi redderet sine mora præmium: & oblato statim. Sumas inquit: tibi iuuenis gratias agimus. Et Hercules ob sedulum istud ministerium: iter cæteros familiares dehinc numerabimus. Ad hæc ego insperato lucro: diffusus in gaudium: & in aureos refulgentes: quos identideꝫ manu mea uentilabam attonitus: immo inq̃ domina: de famulis tuis unum putato: & quotiens operam nostram desiderabis: fidenter impera. Vix effatum me statim familiares omnifariam exertis raptim cuiusq; modi telis insequuntur. Pugnis ille malas offendere: scapulas alius cubitis impingere: palmi: infestis hic latera

Crepusculum.
concubia.
Nox intempesta.
Mustela.
Impurata.
Vim præsentariã.
Cantus cristatæ cohortis.
Philodespotum.

ſuffodere: calcibus inſultare: capillos diſtrahere: ueſtem diſcindere: ſic in modum ſuperbi iuuenis Adoni: uel muſteluatis pipletis lacera-tis: atque diſcerptus: domo proturbor. Ac dum in proxima platea refouens animum: infauſti atque improuidi ſermonis mei ſero remi niſcor: dignumq3 me pluribus etiam uerberibus fuiſſe merito cõſen tio. Ecce iam ultimum defletus atque conclamatus proceſſerat mor tuus: rituq3 patrio: utpote unus de optimatibus: pompa funeris pu-blici ductabatur per forum: occurrit adanxius quidam mœſtus: in lachrymis genialem caniciem inuellerãs ſenex: & manibus ambabus inuadens torum: uoce contenta quidem: ſed aſſiduis ſingultibus im pedita. Per fidem ueſtram inquit Quirites: per pietatem publica3 perempto ciui ſubſtite: & extremum facinus in nefariam ſceleſtamq3 iſtam mulierem ſeueriter uindicate. Hæc enim nec ullus alius mi ſerum adoleſcentẽ ſororis meæ filium in adulteri gratiam: & ob præ dam hæreditariam extinxit ueneno. Sic ille ſenior lamentabiles que ſtus ſingulis inſtrepabat. Seuire uulgus iterdũ: & facti ueri ſimilitu dine ad criminis crudelitatẽ impelli: conclamant ignem: requirunt ſa xa: paruulos ad exitium mulieris hortantur. E meditatis ad hæc illa fletibus: quanq3 ſanctiſſime poterat adiurans cuncta numina: tantũ ſcelus abnuebat. Ergo igitur ſenex ille: ueritatis arbitriu3 in diui nam prouidentiam reponamus. Zachlas adeſt Aegyptius: propheta primarius: qui mecum iam dudum grandi premio pepigit: reducere ab inferis ſpiritum: corpuſq3 iſtud poſtliminio mortis animare. Et cum dicto: iuuenem quempiam linteis amiculis illectum: pedeſque palmeis baxeis indutum: & aduſq3 deraſo capite: producit in mediũ: huius diu manus deoſculatus: & ipſa genua contingens: Miſerere ait ſacerdos. Miſerere per cœleſtia ſidera: per inferna numina: per na turalia elementa: per nocturna ſilentia: & adepta cooeptitica: & per incrementa nilotica: & arcana memphitica: & ſiſtra phariaca: da bre uem ſolis uſuram: & in æternum conditis oculis: modicam lucem in funde: non obnitimur: nec terræ rem ſuam denegamus. Sed ad ul tionis ſolatium: exiguum uitæ ſpatium deprecamur. Propheta ſic propiciatus herbulam quampiam. iii. ob os corporis: & aliam pecto ri eius imponit. Tunc orientem obuerſus: uel incrementa ſolis augu ſti tacitus imprecatus: uenerabili ſcena: facies & ſtudia præſentiũ ad miraculum tantum certatim adrexit. Immitto me turbe ſotium: & pone ipſum lectulum editiorem quendam lapidem inſiſtens: cuncta curioſis oculis arbitrabar. Iam tumore pectus extolli: iam ſalubris

Inuellerãs.

Zachlas.

palmeis baxeis.

Adepta coeptitica

uena pulsari. Iam spiritu corpus impleri: & adsurgit cadauer: & p fatur adolescēs. Quod oro me post lethea pocula: iam stygiis palu/dibus innatantem: ad momentariæ uitæ reducitis offitia? desine iam præcor: desine: ac me in meam quietem permitte. Hec audita uox de corpore: sed aliquanto profeta commorior. Quin refers ait po pulo singula: tueq; mortis illuminas arcana? an non putas deuotio/nibus meis posse diras inuocari? posse tibi membra lassa torqueri? Suscipit ille de lectulo: & uno congestu populum sic adorat. Ma/lis nouæ nuptæ peremptus artibus: & adductus noxio poculo: toruꝫ repente adultero mancipaui. Tunc uox ægregia capit præsentem audaciam: & mente sacrilega coarguenti marito: resistens altercat. Populus estuat: diuersa tendentes: hi pessimam fœminam uiuentē statim cum corpore mariti sepeliendam. Alii mendacio cadaueris fidem non habendam: sed hanc contationem sequens adolescentis ser mo distinxit: nam rursus altius ingemiscens: Dabo inquit: dabo uobis intemeratæ ueritatis documenta perlucida & quod prorsus ali us nemo cognouerit: iudicabo. Tunc digito me demonstrans: nam cum corporis mei custos hic sagacissimus: exertam mihi teneret ui/giliam: cantatrices anus: exuuiis meis imminentes: atqꝫ ob id refor/mate frustra sepius: cum industriam sedulam eius fallere nequiuis/sent: postremum iniecta somni nebula: eoqꝫ in profundam quietem sepulto: me nomine ciere non prius desiere: q̄ dum hebetes artus: & membra frigida: pigris conatibus ad artis magicæ nitantur obse/quia: hic ut pote uiuus quidem: sed tantum sopore mortuus: q̄ eo dem mecum uocabulo nuncupatur: ad suum nomen ignarus resur/git. Et inexanimis ũbræ modum: ultroneus gradiens: q̄q̄ fori/bus cubiculi diligenter obclisus: per quoddam foramen profectis na so prius: ac mox aurib⁹: uicariam pro me lanienam fusceitauit: utqꝫ fallaciæ reliqua conuenirent: cæram in modum profectarum forma tam aurium ei applicant examussim: nasoqꝫ ipsius similem compa rant. Et nunc adsistit miser hic: præmium non industriæ: sed de bilitationis consecutus. His dictis perterritus temptare aggredior: iniecta manu nasum præhendo? sequitur: aures pertracto. deruunt: ac dum directis digitis: & detortis nutibus præsentium denotor: duꝫ risus ebullit: inter pedes circunstantium frigido sudore defluens: euado: nec postea debilis: ac sic ridiculus: lari me patrio reddere potui: sed capillis hicinde laterum deiectis: auriuꝫ uulnera celaui: nasi uero dedecus: linteolo isto præsim adglutinato. decēter obtexi:

examussim

Cum primum Telephron hanc fabulam posuit: compotores uino madidi: rursum cachinnum integrant: dumq; bibere solitariam postulant: sic ad me Byrrhena: Solemus inquit dies a primis cunabulis huius urbis conditæ crastinus aduenit: quo die soli mortalium sanctissimum deum risum: hylaro atque gaudiali ritu propiciamus: hunc tua præsentia nobis efficies gratiorem. Atq; utinam aliquid de proprio lepore lætificum honorando deo comminiscaris: quo magna pleniusque tanto numini litemus. Bene inquam: & fiet: ut iubes Et uellem hercules materiam reperire aliquam q̃ deus tantus effluenter indueret. Post hæc monitu famuli mei: qui noctis admonebat: iaꝫ & ipse crapula distentus: protinus exurgo: & appellata prospere Byrrhena: titubante uestigio domuitionem capesso. Sed cum primaꝫ plateam uadimus: uento repentino lumen quo nitebamur: extinguitur: ut uix improuide noctis caligine liberati: digitis pedum detũsis ob lapides: hospitium defessi rediremus. Dumque iam iunctim proximamus: ecce tres quidam uegetis: & uastulis corporibus: fores nostras: & summis uiribus irruentes: ac ne præsentia quidem nostra: tantillum conterriti: sed magis magisque cum æmulatione uirium: crebrius insultantes: ut nobis ac nobis potissimum non immerito latrones esse: & quidem sæuissimi uiderentur. Statim denique gladium: quem ueste mea contectum ad hoc usque extuleram: sinu liberatum arripui. nec contatus medios latrones inuado: ac singulis: ut quenq; colluctantem offenderam: altissime demergo: quoad tandem ante ipsa uestigia mea uastis: & crebris perforati uulneribus: spiritũ efflauerint. Sic præliatus iam tumultu eo: Fotide suscitata: patefactis ædibus anhelans: & sudore perlutus: irrepo: meq; statim: utpote pugnantium latronum inuicem gerioneæ cædis fatigatum: lecto simul & somno tradidi.

c Ommodũ punicantibus phaleris aurora roseũ quatiens lacertum cœlum inequitabat: & me sec curæ quieti reuulsum: nox diei reddidit: æstus inuadit animum: uel uespertini recordatione facinoris. Complicitis deniq; pedibus: ac palmulis in alternas digitoruꝫ uicissitudines super genua connexis: sic grabattum cossin insidẽs uberrim flebam: iam forum & iudicia: iam sentẽtiaꝫ

ipſum deniq3 carnificem: imaginabundus. An mihi quiſquam tam mitis tamq3 beniuolus iudex obtinget: qui me ternæ cædis perlitum cruore: & tot Ciuium ſanguine delibutum: innocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi glorioſam peregrinationem fore Chaldeus Diophanes: obſtinate prædicabat. Hic identidem mœtum replicans: fortunas meas eiulabam: quati fores interdum: & frequenti clamore ianuæ noſtræ perſtrepi: nec mora cum magna irruptione patefactis ædibus: magiſtratibus eorumq3 miniſtris: turbæ miſellaneæ cũcta completa: ſtatimq3 lictores duo de iuſſu magiſtratuum immiſſa manu trahere me: ſane non renitentem: ac dum primum angiportum inſiſtimus: ſtatim Ciuitas omnis in populum effuſa: mira denſitate nos inſequitur. Et q̃q̃ capite ī terram: immo ad ipſos inferos: iam deiecto: mœſtus incederem: obliquato tamen aſpectu: rei ammirationis maxime conſpicio. Nam inter tot milia populi circunſedẽtis: nemo prorſus qui non riſu dirumperetur: aderat: tandem pererratis plateis omnibus: & in modum eorum: qui luſtralibus piamentis: minas portentorum hoſtiis circunforaneis expiant: circunductus angulatim forum eiuſq3 tribunal adſtituor. Iamq3 ſublimo ſuggeſtu magiſtratibus reſidentibus: iam præcone publico ſilentium clamante: repente cuncti conſona uoce flagitant propter cætus multitudinem: quæ præſſure nimia denſitate periclitaretur: iudicium tantum theatro redderetur. Nec mora cum paſſim populus procurrens: caueæ conſeptum mira cæleritate compleuit. Aditus etiam & tecum omne fartim ſtipauerant. Pleriq3 columnis implexi. Alii ſtatuis dependuli: nonnulli per feneſtras & lacunaria ſemi conſpicui: miro tamen omnes ſtudio uiſendi pericula ſalutis negligebant. Tunc me p proſcenium medium: uelut quandam uictimam: publica miniſteria perducunt: & orcheſtræ mediæ ſiſtunt: ſic rurſum præconis amplo boatu citatus: accuſator quidam ſenior exurgit: & ad dicendi ſpatiũ uaſculo quodam inuicem coli graciliter fiſtulato: ac per hoc guttatim defluo: infuſa aqua populum ſic adorat. Neq3 parua res: ac præcipue pacem ciuitatis cuncte reſpiciens: & exemplo ſerio profutura tractatur. Quirites ſanctiſſimi: quare magis congruit ſedulo: ſingulos atq3 uniuerſos uos pro dignitate publica prouidere: ne nefari homicida: totam ædium lanien quam cruenter exercuit: impune cõmiſerit. Nec me putetis priuatis ſimultatibus inſtinctu3: odio proprio ſeuire: ſum nanq3 nocturne cuſtodie præfectus: nec in hodiernum credo quenq̃ puigilẽ: diligentia3 meam culpare poſſe: rẽ deniq3

preſſure

Verba accuſantis Apulei artificioſa

ipsam: & quæ nocte gesta sunt: cum fide perferam. Nam cum fere iam tertia uigilia scrupulosa diligentia cunctæ ciuitatis hostiatiꝫ singula considerans circunirem: conspicio istum crudelissimum iuuenem mucrõe districto passim cædibus operantem. Iamqꝫ tris numero sæuitia eius interemptos: ante pedes ipsius spirantes adhuc corporibus in multo sanguine palpitantes: & ipse quidem conscientia tanti facinoris merito permotus: statim profugit: & in domum quandam præsidio tenebrarum elapsus: perpetem noctem delituit. Sed prouidentia deum: quæ nihil impunitum nocentibus permittit: prius q̃ iste clandestinis itineribus elaberetur: mane præstolatus: ad grauissimum iudicii uestri sacramentum: eum curaui perducere: habetis itaqꝫ reum tot cædibus impiatum: reum coram depræhensum: reum pegrinum. Constanter itaqꝫ in hominem alienum ferte sententias de eo crimine: qui etiam in uestrum ciuem seueriter uindicaretis. Sic profatus accusator acerrimus immanem uocem repressit. Ac me statim preco si quid ad ea respondere uellem: iubebat incipere. At ego nihil tunc temporis amplius q̃ flere poteram. Non tam Hercules truculentam accusationem intuens: q̃ meam miseram conscientiam. Sed tamen oborta diuinitus audacia: sic ad illa. Nec ipse ignoro q̃ sit arduum: trinis ciuium corporibus expositis: eum qui cædis arguatur: q̃uis uera dicat: & de facto confiteatur ultro: tamen multitudini tantæ ꝙ sit innocens persuadere: sed si paulisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas: facile uos edocebo: me discrimen capitis: non meo merito: sed rationabilis indignationis euentu fortuito: tantam criminis inuidiam frustra sustinere. Nam cum a cœna me serius aliquanto reciperem: potulentus alioquin: ꝙ plane uerum crimen non diffitebor: ante ipsas fores hospitii: ad bonum autem Milonem Ciuem uestrum deuorto. Video quosdam sæuissimos latrones aditum temptantes: & domus ianuas cardinibus obtortis euellere gestientes: claustrisqꝫ omnibus: quæ accuratissime adfixa fuerant: uiolenter euulsis: secuꝫ iam de inhabitantium exitio deliberantes: unus deniqꝫ & manu promptior: & corpore uastior his affatibus cæteros incitabat: heus pueri q̃ maribus animis & uiribus alacribus dormientes aggrediamur. Omnis contatio ignauia: omnis facessat e pectore: stricto mucrone per totam domum cædes ambulet: qui sopitus iacebit: trucidetur: qui repugnare temptauerit: feriatur: sic salui recedemus: si saluum in domo neminẽꝫ reliquærimus. Fateor Quirites extremos latrões boni ciuis officiũ arbitrat⁹

Nota

Oratio Apuleij deprehensi ĩ Iuditio se excusantis.

ſimul eximie metuens: & hoſpitibus meis & mihi: gladiolo qui me propter huiuſmodi pericula comitabatur: armatus: fugare atq; proterrere aggreſſus ſum. At illi barbari prorſus & immanes homines: neq; fugam capeſſunt: & cum me uiderent in ferro: tamen audaciter reſiſtunt: dirigitur præliaris acies. Ipſe deniq; dux & ſignifer cæterorum ualidiſſime aggreſſus: ilico mãibus ambabus capillo abreptum: ac retro reflexum effligere lapide geſtit: quem dum ſibi porrigi flagitat: cærea manu percuſſum fœliciter poſterno. Ac mox alium pedibus meis mordicus inhærentem: per ſcapulas ictu temperato: tertiumq; improuide occurrentem pectore offenſo perimo: ſic pace uindicata: domoq; hoſpitu: ac ſalute communi protecta: non tam impunem me: uerumetiam laudabilem publice credebam fore: qui ne tantillo quidem unquam crimine poſtulatus: ſed probe ſpectatus: apud meos ſemper innocentiam commodis cunctis antetuleram. Nec poſſum reperire cur iuſte ultionis: qua contra latrones derrimos commotus ſum: nunc iſtum reatum ſuſtineam: cum nemo poſſit monſtrare: uel proprias inter nos inimicitias præceſſiſſe: ac ne omnino mihi notos illos latrones uſquam fuiſſe: uel certe ulla præda monſtretur: cuius cupidine: tantum flagitiũ ctedatur admiſſum. Hic profatus rurſum lachrymis obortis: porrectiſq; in preces manibus per publicam miſericordiam: per pignorum caritatem: mœſtus: tunc hos: tunc illos deprecabar. Cunq; iam humanitate commotos: miſericordia fletuum adfectos omnes ſatis crederem: ſolis & iuſticie teſtatus oculum: caſumq; præſentem meum commendans deum prouidentiæ: paulo altius aſpectu relato conſpicio prorſus totum populum: riſu cachinnabili diffluebant. Nec ſecus illũ bonum hoſpitem: parentemq; meum Milonem: riſu maximo diſſolutum. At tunc ſic tacitus mecum. En fides inquam: en conſcientia. Ego quidẽ pro hoſpitis ſalute: & homicida ſum: & reus capitis inducor. At ille non contentus: q; mihi nec adſiſtendi ſolatium perhibuit: inſuper exitium meum cachinnat. Inter hæc quædam mulier per medium theatrum: lachrymoſa & flebilis atra ueſte contecta: paruulum quendam ſinu tolerans decurrit: ac pone eam anus alia pannis horridis obſita: paribuſq; mœſta fletib' ramos oleaginos utreq; quatientes: quæ circunfuſæ lectulum: quo peremptoruꝫ cadauera contecta fuerant: plangore ſublato ſe lugubriter heiulantes. Per publicam miſericordiam: per commune ius humanitatis aiũt: Miſeremini indigne ceſorum iuuenũ: noſtræq; uiduitati: ac ſolitudini: de uin

dicta ſolatium date certe paruuli huius: in primis annis deſtituti for tunis ſuccurrite: & de latronis huius ſanguine: legibus ueſtris: & diſ ciplinæ publice litatæ. Poſt hæc magiſtratus: qui natu maior ad/ ſurgit & ad populum talia. De ſcelere quidem: quod ſerio uindican/ dum: nec ipſe qui commiſit poteſt diffiteri: Sed una tantum ſubſcici ua ſollicitudo nobis relicta eſt: ut cæteros ſocios tanti facinoris requi ramus. Nec enim ueriſimile eſt hominem ſolitarium: tres tam uali/ dos euitaſſe iuuenes: prohinc tormentis ueritas eruenda'. Nam & qui comitabatur eum clanculo profugit: & res ab hoc deducta eſt ut per queſtionem ſceleris ſui participes indicet: ut tam diræ factionis formido funditus perimatur. Nec mora cum ritu græcienſi ignis & rota tum omne flagitiorum genus inferuntur. Augetur oppido: immo duplicatur mihi mœſticia: quod integro ſaltem mori non li/ cuerit: Sed anus illa: quæ fletibus cuncta turbauerat: prius inquit optimi ciues: q̃ latronem iſtum miſerorum pignorum meorum per emptorem cruciandum adfigatis: permittite corpora necatorum re/ uelari: ut & formæ ſimul & ætatis contemplatione: magis magiſque ad iuſtam indignationem arrepti: pro modo facinoris ſæuiatis. His dictis applauditur: & ilico me magiſtratus ipſu3 iubet corpora quæ lecto fuerant poſita mea manu detegere: luctantem me ac diu reniten tem præcedens facinus inſtaurare noua oſtenſione: lictores iuſſu ma giſtratuum q̃inſtantiſſime compellunt: manum deniq3 ipſam e regi/ one lateris tundentes: in exitum ſuum ſuper ipſa cadauera porrigũt Euictus tandem neceſſitate ſuccumbo: & ingratus licet arrepto pal/ lio: retexi corpora dii boni: quæ facies rei: quod monſtrum: quæ for tunarum mearum repentina mutatio? quanquam enim iam in pecu lio Proſerpinæ & Orci familia numeratus: ſubito in contrariam faci em obſtupefactus hæſi: Nec poſſum nouæ illius imaginis rationem idoneis uerbis expedire. Nam cadauera illa iugulatorum hominum erant tres utres inflati: uariiſque ſecti foraminibus. & ut ueſpertinũ prœlium meum recordabar: his locis hiantes: quibus latrones illos uulneraueram. Tunc illis quorundam aſtu pauliſper cohibitus riſus: libere iam exarſit in plebem: hi gaudii nimietate gratulari: illi dolorem uentris manuum compreſſione ſedare. Et certe læticia deli/ buti: meq3 reſpectantes cuncti theatro faceſſunt. At ego ut primu3 illam laciniam præhenderam: fixus in lapide ſteti gelidus. Nihil ſe/ cus q̃ una de cæteris theatri ſtatuis: uel columnis. nec prius ab infe/ ris emerſi: q̃ Milo meus hoſpes acceſſit: & iniecta manu me renitentẽ

ritu greciensi ignis & rota

Iam in peculio pſerpine & orci familia numeratus

dolorẽ uentris manuũ cõpssione sedare

Leticia delibuti

Lachrymis ꝓmicãtibus

lachrymisq3 rursum promicantibus: crebra singultientem: clementi uiolentia secum attraxit: & obseruatis uie solitudinibus: per quosdam anfractus domum suam perduxit: mœstumq3 me atq3 etiam tunc trepidum: uariis solatur affatibus. Nec tamen indignationem iniurie quæ inheserat altius meo pectori: ullo modo permulcere qui uit. Ecce ilico etiam magistratus ipsi cum suis insignibus domũ nostram ingressi: talibus me monitis delinire gestiunt: Neq3 tue dignitatis uel etiam prosapie tuorum ignari sumus. Luci domine: nam & prouinciam totam inclyte uestre familie nobilitas complectitur. Ac ne istud quod uehementer ingemiscis: contumelie causa perpessus es: omnem igitur de tuo pectore præsentem tristitudinem mitte: & angorem animi depelle. Nam lusus iste quẽ publice gratissimo deo risui: per annua reuerticula solemniter cælebramus: semper commenti nouitate floresçit. Iste deus: autorem suum propitius ubiq3 comitabitur amanter. Nec unquam patietur: ut ex animo doleas: sed frontem tuam serena uenustate letabit assidue. Ac tibi ciuitas omnis: pro ista gratia honores egregios obtulit. Nam & patronum scripsit: & ut in ea restes: & imago tua decreuit. Ad hæc dicta sermonis uicem refero. Tibi quidem inq̃ splendidissima & unica Thæssalie Ciuitas bonorum talium parem gratiam memini. Verum statuas & Imagines dignioribus meisq3 maioribus reseruare suadeo. Sic pudenter allocutus: & paulisper hylaro uultu

Letabit

vultu renidẽs

renidẽs: quantũcunq3 potera3 letiorem me refingens: comiter abeuntes magistratus appello. Et ecce quidam intro currens famulus: rogat te inquit tua parens Byrrhena: & conuiuii cui te sero despõderas: iam appropinquantis admonet. Ad hæc ego formidans & procul perhorrescens etiam ipsam domum eius. Quam uellem inq̃ parens iussis tuis obsequium commodare: si per fidem liceret id facere: hospes enim meus Milon per hodierni diei præsentissimum numen adiurans effecit: ut eius hodierne cœnæ pignerarer: nec ipse discedit: nec medigredi patitur: prohinc epulare uadimonium differamus.

præsentissimũ numẽ eius cene pignerarer

vadimoniũ differamus epulare

Hæc adhuc me loquente: manu firmiter iniecta Milon: iussis balneatoribus adsequi: producit ad lauacrum proximum. At ego uitans oculos omnium: & quem ipse fabricaueram risum obuiorum declinans: lateri eius adambulabam obtectus. Nec qui lauerim: qui terserim: qui domum rursum reuerterim: præ rubore memini. Sic omnium oculis: nutib⁹: ac deniq3 manibus deuotatus: impos animi stupeba3: raptĩ dẽiq3 paupertina Milonis cenula perfunctus: curatusq3

capitis acrem dolorem: quem mihi lachrymarȝ adsiduitas incusserat cubitum: uenia facile tributa: cōcedo. & abiectus in lectulo meo que gesta fuerant singula: mœstus recordabar: quoad tandem Fotis mea dominæ suæ cubitu procurato: sui longe dissimilis aduenit. Non ex læta facie: nec sermone diaculo: sed uultuosam frontem rugis insurgentibus: adseuerabat contanter ac timide. Deniqȝ sermone prolato.

vultuosá fronte

Ego inquit ipsa confiteor ultro: ego tibi causa huiꝰ molestiæ fui Et cum dicto lorum quempiam: sinu suo depromit: mihique porrigens: cape inquit oro te: de perfida muliere uindictam: immo uero licet: maius quod uis supplicium sume: nec tamen me putes oro sponte angorem istum tibi cōcinnasse: dii mihi melius q̄ut mei causa: uel tantillum scrupulum patiare: ac siquid aduersi tuum caput respicit id omne protinus meo luatur sanguine. Sed quod alterius rei causa facere missa sum: mala quadam mea sorte in tuam recidit iniuriam.

Tunc ego familiaris curiositatis admonitus: factique causam delitiscentem nudari gestiens suspicio. Omnium quidem nequissimus audaciſſimusq; lorus iste: quem tibi uerberandæ destinasti priꝰa me concisus atque laceratus: interibit ipse: q̄ tuam plumeam lacteamq; contingat cutem. Sed mihi cum fide memora: quod tuum factuȝ scænitas consecuta: in meum conuertit exitium! Adiuro enim tuum mihi carissimum caput: nulli me prorsus ac ne tibi quidem ipsi adseueranti posse credere: quod tu quicq̄ in meam cogitaueris pernicieī! Porro meditatus innoxios casus incertus: uel etiam aduersus: culpæ non potest adiicere. Cū isto fine sermonis: oculos Fotidis meæ udos ac tremulos & prona libidine marcidos: iam iamque semiado pertulos admissis: & sorbillantibus sauiis: sitienter hauriebam. Sic illa lætitia recreata. Patere inquit oro: prius fores cubiculi diligenter obcludam: ne sermonis elapsi: profana petulantia committaȝ grande flagitium. Et cum dicto pessulis iniectis: & uncino firmiter immisso sic ad me reuersa: colloque meo manibus ambabus implexa uoce tenui: & admodum minuta. Paueo inquit & formido solidæ domus huius operta detegere: & arcana dominæ meæ reuelare secreta. Sed melius de te doctrinaque tua præsumo: qui præter generosam natalium dignitatem: præter sublime ingenium sacris pluribus initiatus profecto nosti sanctam silentii fidem: quæcunque igitur commisero huius religiosi pectoris tui penetralibus: semper hæc intra conseptum clausa custodias oro: & simplicitatem relationis meæ tenacitate taciturnitatis tuæ remunerare. Nam me quæ sola mortalium noui: uis

uncino firmiter immisso

de Silefio

amoris: quo tibi teneor: indicare compellit. Iam scies omnem domus nostræ statum. Iam scies dominæ meæ miranda secreta: quibus obaudiunt manes: turbantur sydera: coguntur numina: seruiunt elementa: nec unq̃ magis artis huius uiolentia nititur: quam cum scitulæ formulæ iuuenem quempiaꝫ libenter aspexit: quod quidem ei solet crebriter euenire. Nunc etiam adolescentem quendam Boetiuꝫ summe decorum: efflictiꝫ deperit: totaſqꝫ artis manus: machinas omnis ardenter exercet: audiui ueſperi meis his inquam auribus: audiui: q; ni celerius ſol cælo ruiſſet: noctiqꝫ ad exercendas illecebras magie maturius cæſſiſſet: ipſi ſoli nubilam caliginem & perpetuas tenebras comminantem: hunc iuuenem: cum e balneis rediret: ipſa tõſtrine reſidentem: heſterna die forte conſpexit. Ac me capillos eius: q; iam cæde cultroruꝫ deſecti humi iacebant: clanculo præcipitauit ferre quos me ſedulo ac furtim colligentem tonſor inuenit: & qđ alioquin publicitus maleficæ diſciplinæ perinfames ſumus: adreptam inclementer increpat. Tu ne ultima non ceſſas ſubinde lectorum iuuenum capillamenta ſurripere: qđ ſcelus niſi tandem deſines: magiſtratibus te contanter obiiciaꝫ: & uerbum facto ſecutus: immiſſa manu ſcrutatus: e mediis papillis meis: iam capillos abſconditos iratus arripuit. Quo geſto grauiter affecta: mecumq; reputans dominæ meæ mores: q; huiuſmodi repulſatis acriter commoueri: meqꝫ uerberare ſæuiſſime conſueuit: iam de fuga conſilium tenebaꝫ: ſed iſtud quidem tui contemplatione abieci ſtatim: uerum cum triſtis inde diſcederẽ: ne prorſus uacuis manibus redirem: conſpitio quendam forficulis tondentem caprinos utres: quos cum probe conſtrictos inflatoſqꝫ & iam pendentis cernerem: capillos eorum humi iacentes: flauos: ac per hoc illi Boetio iuueni cõſimiles: pluſculos aufero: eoſqꝫ dominæ meæ: diſſimulata ueritate: trado. Sic noctis initio: priuſq̃ cœna te reciperes: Pamphile mea: iam uecors animi: tectũ ſcandulare conſcendit: quod altrinſecus ædium patore perflabili nudatum ad omnis orientales: cæteroſqꝫ aſpectus peruium: maxime his artibus ſuis commodatum ſecreto colit: priuſqꝫ apparatu ſolito inſtruxit feralem officinam: omne genus aromatis: & ignorabiliter iam nimis litteratis: & infeliciũ nauium durantibus damnis defletorum: ſepultorum etiam cadauerum expoſitis multis admodum membris: hic nares: & digiti: illic carnoſi claui pendentium. Alibi crucidatorum ſeruatus cruor: & extorta dentibus ferarum trunca clauaria. Tunc decantatis ſpirantibus fibris: litat uario latice: nunc rore fontano: nunc

efflictum deperit.

Tectũ scandulare.

Trunca caluaria.

lacte uaccino: nunc melle montano: libat & mulsa: sic illos capillos ī mutuos nexus obditos atque nodatos: cum multis odoribus dat uiuis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili magicæ disciplinæ potestate: & cœca numinum coactorum uiolentia: illa corpora quorum fumabant stridentes capilli: spiritum mutuantur humanum: & sentiunt & audiunt & ambulant. Et qua nidor suarum ducebat exuuiarum ueniunt: & pro illo iuuene Boetio auditum gestientes: fores insiliunt. Cum ecce crapula madens & improuidæ noctis deceptus caligine: audacter mucrone districto in insani modum Aiacis armatus: non ut ille uiuis pecoribus infestus: tota laniauit armenta. sed lōge fortius qui tres inflatos caprinos utres exanimasti ut ego te prostratis hostibus sine macula sanguinis: non homicidam nunc: sed Vtricidam amplecterer. At ego sic lepido sermone Fotidis inuicem cauillatus: ergo igitur iam & ipse possum inquam mihi primam istam uirtutis adoriam: ad exemplum duodeni laboris herculei numerare: uel trigemino corpori Gerionis: uel triplici formæ Cerberi: totidem peremptos utres coequando: sed ut exanimo tibi uolēs omne delictum: quo me tantis angoribus implicasti remittam: præsta quod summis uocis expostulo: & dominam tuam cum aliquid huius diuinæ disciplinæ molitur ostende: cum deos inuocat: Certe cum reformatu uideam. sum nanque coram magiæ noscendæ ardentissimus cupitor: quanquam mihi nec ipsa tu uideare talium rerum rudis: uel expers. Scio istud & plane sentio cum semper alioquin spretorē matronaliū amplexuum: sic tuis istis micantibus oculis: & rubentibus bucculis & renidentibus crinibus & hiantibus oculis: & flagrantibus papillis: in seruilem modum addictum atque mancipatum teneas uolentem. Iam denique nec larem requiro: nec domui tionem paro: & nocte ista nihil antepono. Quam uellem inquit respondit illa præstare tibi o Luci: quod cupis. sed propter īuidos mores: in solitudinem semper abstrusa: & omnium præsentia uiduata: solet huiusmodi secreta perficere. Sed tuū postulatum præponaz periculo meo: idque obseruatis opportunis temporibus sedulo perficiam: modo ut immo præfata sum: rei tantæ fidem: silentiumqz tribue. Sic nobis garrientibus: libido mutua & animos simul & membra sciscitat: omnibus abiectis amiculis. Hactenus denique intecti bachamur in Venerem. Cum quidem mihi iam fatigato de propria liberalitate Fotis puerile obtulit corolarium: Iamqz luminibus meis uigilia marcidis infusus sopor: & iam in alium diem nos attinuit.

In insani mōum Aiacis armatus.

Adoriam.

abstrusa.

ōibus abiectis amiculis bachamur in Venerem.

Ad hunc modum tranſactis uoluptari paucis noctibus: quadam die percita Fotis: ac ſatis trepida me occurrit. Indicatq3 dominam ſuam: q9 nihil etiam tunc in ſuos amores cæteris artib9 promoueret: nocte proxima in auem ſeſe plumaturam: atq3 ad ſuum cupitum ſe deuolaturam: proin memet: ad tantæ rei ſpeculam caute præparare. Iamq3 circa primam noctis uigiliam: ad illud ſuperius cubiculum: ſuſpenſo: & inſono ueſtigio me perducit. Ipſaq3 per rimam hoſtiorum quampiam iubet arbitrari: quæ ſic geſta ſunt. Iam primum omnibus laciniis ſe deueſtit Pamphile: & arcula quadam recluſa pyxides pluſculas inde depromit: de quis unius operculo remoto: atq3 indidem egeſta unguedine: diuq3 palmulis ſuis adfricta: ab imis unguibus ſeſe totam: aduſq3 ſummos capillos perlinit: multumq3 cum lucerna ſecreto collocuta: membra tremulo ſuccuſſu quatit: quis leniter fluctuantibus promicant molles plumulæ: creſcunt & fortes pinnulæ: duratur naſus incuruus: coguntur ungues adunci: fit bubo Pamphile: ſic edito ſtridore quærulo: iam ſui periclitabunda: paulatim terra reſultat: mox in altum ſublimata: forinſecus totis alis euolat. Et illa quidem magnis ſuis artibus uolens reformatur. At ego nullo decantatus carmine: præſentis tantum facti ſtupore defixus: quid uis aliud magis uidebar eſſe: q̃ Lucius. Sic exterminatus animi: attonit9 in amentiam: uigilans ſomniabam: defrictis adeo diu pupulis: an uigilarem: ſcire quærebam: tandeq3 deniq3 reuerſus ad ſenſum præſentium: arrepta manu Fotidis: & admota meis luminibus. Patere oro te inq̃ dum dictat occaſio: magno & ſingularis me affectiõis tuæ fructu perfrui: & impartire nobis unctulum indidem: per iſtas tuas papillas: mea mellitula: tuumq3 mancipium irremunerabile beneficio: ſic tibi perpetuo pignera: ac iam perfice: ut meæ Veneris cupido pigneratus aſſiſtam tibi. Ain inquit uulpinaris amaſio: meq3 ſpõte Aſiam cruribus meis illidere compellis? Siginer meum ipſa lupulis conſeruo Thaſſalis: hunc alitem factum ubi quæram? Videbo quando. Aut mihi ſcelus iſtud depellant cælites inq̃: ut ego q̃uis ipſius aquile ſublimis uolatib9 toto cælo peruius: & ſupræmi Iouis certus nuntius uel latus armiger: tamen non ad meum nidulũ poſt illam pugnarum dignitatem ſubinde deuolem? Adiuro perdulcem iſtum capilli tui nodulum: quo meum uinxiſti ſpiritu3: me nulla3 aliam meæ Fotidi malle. Tunc etia3 iſtud meis cogitationibus occurrit: cum ſemel auem tale3 perunctus induero: domus omnis procul me uitare debere. Quampulchro enim q̃q̃ feſtino matrõe perfruent

amatore bubone? quid quod iſtas nocturnas aues: cum penetrauerīt larem quempiam ſollicite præhenſas foribus uidem⁹ adfigi: ut quod infauſtis uolatibus: familiæ minantur exitum: ſuis luant cruciatib⁹? Infauſtis uolatibus

Sed quod ſciſcitari pene præteriui: quo dicto facto ue rurſum exutis pinnulis illis: ad meum redibo Luciu⁹. Bono animo es: quod ad huius rei curam pertinet: ait. nam mihi domina ſingula monſtrauit: quæ poſſunt rurſus in facies hominum tales figuras reformare. Nec iſtud factum putes ulla beniuolentia: ſed ut ei redeunti medela⁹ ſalubrem poſſem ſubſiſtere: ſpecta denique q̄paruis: q̄que futilibus tanta res procuretur. Herculis Anethi modicum cu⁹ lauri foliis immiſſum: rore fontano datur lauacrum: & poculum'. Herculis anethi modicū

Hæc identidem adſeuerans: ſumma cum trepidatione inrepit cubiculum: & pyxidem depromit arcula: quam ego amplexus ac deoſculatus prius: utque mihi proſperis faueret uolatibus deprecatus: abiectis propere laciniis totis: auide manus immerſi: & haurito pluſculo uncto: corporis mei membris perfricui: iamque alternis conatibus: libratis brachiis: in auem ſimilem geſtiebam: nec ullæ plumulæ: nec uſqua⁹ pinnulæ. ſed plane pili mei craſſantur in ſetas: & cutis tenella duratur in corium & in extimis palmulis perdito numero: toti digiti coguntur ī ſingulas ungulas: & de ſpinæ meæ termino grandis cauda procedit: iam facies enormis: & os prolixum: & nares hiantes: & labiæ pēdulæ: ſic & aures in modicis horripilant auctibus: Nec ullum miſeræ formationis uideo ſolatium: niſi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem: natura creſcebat: ac dum ſalutis inopia cuncta corporis mei cō ſiderans: non auem me: ſed aſinum uideo. Mutatio Apuleÿ in aſinū. Labiæ pēdulæ

Quærens de facto Fotidis. ſed iam humano geſtu ſimul & uoce priuatus: quod ſolum poteram poſtrema deiecta labia: humidis cum oculis: obliquum reſpiciens: ad illam tacitus expoſtulabam. Quæ ubi me primum talem aſpexit: percuſſit faciem ſuam manibus infeſtis: & occiſa ſum miſera clamabat. Me trepidatio ſimul & feſtinatio fefellit: & pyxidum ſimilitudo decepit. Sed bene quod facilior reformationis huius: medela ſuppeditat. Nam roſis tantum demorſicatis exibis aſinum: ſtatimq⁹ in meum Lucium: poſtliminio redibis. Atque utinaq⁹ de more ueſperi paraſſem nobis corollas aliquas: nec moram talem patereris uel noctis unius: ſed primo diluculo remedium feſtinabitur tibi. Sic illa mœrebat. Ego uero quanquam perfectus aſinus & pro Lucio iumentum: ſenſum tamen retinebam humanum. Diu denique ac multum mecum ipſe deliberaui. Ac nequiſſimam facinoroſiſſimamque poſtliminio primo diluculo

fœminam illam: ſpiſſis calcibus feriens & mordicus adpetens: necare debe-
rem. Sed ab īcœpto temerario: melior me ſententia reuocauit
ne morte mulctata Fotide: ſalutares mihi ſuppetias rurſus extingue
rem. Deiecto itaq3 & quaſſanti capite: ac demuſſata temporali contu-
melia: duriſſimo caſui meo ſeruiens: ad equum illum uectorem me-
um probiſſimum inſtabulum concedo: ubi aliu3 etiam Milonis quō
dam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni. Atq3 ego rebar ſi
quod ineſſet mutis animalibus tacitum ac naturale ſacramentum:
agnitione ac miſeratione quadam inductum equum illum meum:
hoſpitium ac loca lauta mihi præbiturum. Sed proh Iuppiter ho
ſpitalis: & fidei ſecreta numina: præclarus ille uector meus: cum aſi-
no capita conferunt: in meamq3 perniciem ilico conſentiunt: & uerē-
tes ſcilicet cibariis ſuis: uix me præſepio uidere proximantē3: deiectis
auribus tam furentes: infeſtis calcibus inſequuntur: & abigor q̄ pro-
cul ab ordeo: quod appoſueram ueſperi: meis manibus illigatiſſimo
famulo. Sic affectus atq3 in ſolitudinem relegatus: angulo conceſ
ſeram ſtabuli. Dumq3 de inſolentia collegarum meorum mecum
cogito: atq3 in alterum diem auxilio roſario: Lucius denuo futur⁹:
equi perfidia uindictā3 meditor: reſpitio pilæ mediæ: quæ ſtabuli tra
bes ſuſtinebat: In ipſo uere meditullio Hepponæ deæ ſimulachrum
reſidens ædicule: qđ accurate corollis roſeis æquidem recentibus fue
rat ornatum. Deniq3 agnito ſalutari præſidio: pronus ſpei: quan-
tum extenſis prioribus pedibus adniti poteram: inſurgo ualide: & cer-
uice prolixa nimiumq3 porrectis labiis: quanto maxime niſu pote-
ram corolas appetebam. Quod me peſſima ſcilicet ſorte conantē:
ſeruulus meus: cui ſemper equi cura fuerat mandata: repente conſpi
ciens: indignatus exurgit: & quouſq3 tandem inquit cautherium pa
tiemur iſtum: pauloante cibariis iumentorum: nunc etiam ſimula-
chris deorum infeſtum! quin iam ego iſtu3 ſacrilegum: debile3: clau
dumq3 reddam: & ſtatim telum aliquod quæritans emere: faſcem li
gnorum poſitum offendit: rimatuſq3 frondoſum fuſtē3: cunctis ua-
ſtiorem: non prius miſerum me tundere deſiit: q̄ ſonitu uehemen-
ti: & largo ſtrepitu percuſſis ianuis: trepido etiam rumore uiciniæ
conclamantis latrones: profugit territus. Nec mora cum impete
factis ædibus: globus latronum inuadit omnia: & ſingula dom⁹ mē-
bra cingit armata factio. Et auxiliis hincinde conuolantibus: obſi-
ſtit diſcurſus hoſtilis: cuncti gladiis ac facibus inſtructi: noctē illu-
mināt: coruſcat ī modū ort⁹ ſolis ignis & mucro. Tūc horreū quod

demuſſata temporali contumelia
abigor q̄ procul ab ordeo
Meditullio
Heppone dee ſimulachrum
cautherium

daꝫ ſatis ualidis clauſtris obſeptũ obſeratũqꝫ: quod mediis ædibus conſtitutum: gazis Milonis fuerat refertum: ſecuribus ualidis aggreſſi diffindunt: quo paſſim recluſo totas opes uehunt: raptimque conſtrictis ſarcinis ſinguli partiuntur. Sed geſtaminum modus numerum gerulorum excedit. Tunc opulentiæ nimiæ: nimio ad extremas incitas deducti: nos duos aſinos & equum meuꝫ productos e ſtabulo quantum poſſunt grauioribus ſarcinis onerant: & domo iaꝫ uacua: minantes baculis exigunt: unoque de ſociis ad ſpeculanduꝫ: qui de facinoris inquiſitione nunciaret relicto nos crebro tundentes: per auia montium ducunt concitos. Iamqꝫ rerum tantarum pondere: & montis ardui uertice: & prolixo ſatis itinere: nihil a mortuo differebam. ſed mihi ſero quidem: ſerio tamen ſubuenit ad auxilium ciuile decurrere: & interpoſito uenerabilis principis nomine: tot erũnis me liberare. Cumqꝫ denique iam luce clariſſima: uicum quempiam frequentem: & nundinis celebrem præterriremus ĩter ipſas turbulas græcorum: gemino ſermone: nomen Auguſtum Cæſaris inuocare temptaui. Et o quidem tantum diſertum ac ualidum clamitaui: Reliquum autem Cæſaris nomen enunciare non potui. aſpernati latrones clamorem abſonum meum: cedentes hincinde miſerum corium nec cribris iam idoneum relinquunt. Sed tandem mihi inopinataꝫ ſalutem Iuppiter ille tribuit. Nam cum multas uillulas & caſas amplas præterimus hortulum quendam proſpexi ſatis amœnum: ĩ quo præter cæteras gratas herbulas: roſæ uirgines matutino rore florebant: his inhians: & ſpe ſalutis alacer: ac lætus propi⁹ acceſſi. dumqꝫ iam labiis undantibus affecto: conſilium me ſubit longe ſalubrius: ne ſi rurſum aſino remoto prodirem in Lucium: euidens exitium inter manus latronum offenderem: uel artis magicæ ſuſpicione: uel iudicii futuri criminatione. Tunc igitur a roſis: & quidem neceſſario temperaui: & caſum præſentem tolerans in Aſini faciem fœna rodebamus.

gestaminũ mõus numerꝰ gerulorꝰ excedit.

ad ex̃mas incitas deducti.

nũdinis.

Rosæ uirgines matutino rore florebant.

EIVSDEM LIBER QVARTVS DE ASINO AVREO

d Iem ferme circa medium cum iam flagrantia Solis caleret: in pago quodam apud notos ac familiares latronibus ſenes diuertimus. Sic enim primos aditus: & ſermo prolixus: & oſcula mutua q̃uis Aſino ſentire præſtabant. Nam & rebus eos qbuſdam

munerabantur

dorſo meo depromptis munerabantur: Et ſecretis gannitibus: q̄ eſſent latrocinio parte: uidebantur indicare. Iamq̄ nos omni ſarcina leuatos: in pratum proximum paſſim libero paſtui tradidere: nec

compaſcuus cœtus

me cum aſino uel equo meo compaſcuus cœtus attinere potuit: adhuc inſolitum alioquin prandere fœnum. Sed plane pone ſtabulum proſpectum hortulum: iam famæ perditus: fidenter inuado: &

affatim lagino uentrē

quamuis crudis oleribus: affatim tamen uentrem ſagino. Deoſq̄ comprecatus omnis: cuncta proſpectabam loca: ſicubi forte conterminis in hortulis: candens reperirem roſarium: nam & ipſa ſolitudo iam mihi bonam fiduciam tribuebat: ſi deuius & protectus abſconditus: ſumpto remedio de iumenti quadrupedis incuruo gradu rurſum erectus in hominem: inſpectante nullo reſurgerem. Ergo igitur cum in iſto cogitationis ſalo fluctuarem: aliquanto longius uideo frondoſi nemoris conuallem umbroſam: cuius inter uarias herbulas & lætiſſima uireta: fulgentium roſarum mineus color renide

Mineus color

bat. Iamq̄ apud mea nō uſq̄quaq̄ ferina præcordia Veneris & gratiarum lucum illuꝫ arbitrabar: cuius inter opaca ſecreta floris genialis regius nitor relucebat. Tunc inuocato hylaro atq̄ proſpero euentu: curſu me concito proprio: ut Hercule ipſe ſentirē: non aſinuꝫ me: uerumetiam equum currulem nimia uelocitate refectum: ſed agilis atq̄ præclarus ille conatus: fortunæ meæ ſeuitatem anteire: non potuit. Iam enim loco proximus: non illas roſas teneras & amœnas: madidas diuinis guttis roris & nectaris: quas rubi fœlices beatæ ſpīæ generant. At ne cōuallem quidem: uſq̄ iam: niſi tantum ripæ fluuialis marginem: denſis arboribus ſeptam uideo: heæ arbores in lauri faciem prolyxe foliate pariunt: in moduꝫ floris inodori: porrectos

Roſas Laureas

caliculos: modicæ punicantis: quos æquidem fragrantis minime: rureſtri uocabulo: uulgus indoctum: roſas laureas appellant: quarumq̄ cuncto pecori cibus lætalis eſt. Talibus fatis implicitus: etiam ipſam ſalutem recuſans ſponte illud uenenuꝫ roſarium ſumere geſtiebam. Sed dum contanter accedo decerpere: iuuenis quidaꝫ ut mihi uidebatur: hortulanus: cuius omnia prorſus olera uaſtaueram: tanto da mno cognito: cum grandi baculo furens decurrit: abreptumq̄ me totum plagis obtundit aduſq̄ uitæ ipſius periculū: niſi tandem ſapienter alioquin ipſe mihi tuliſſem auxilium. Nam lumbis eleuatis in altum: pedum poſterioribus calcibus iactatis in eum crebriter: iam mulctato grauiter: atq̄ iacente contra procliue montis attigui fuga me liberaui. Sed ilico mulier quæpiam: uxor

eius ſcilicet ſimul eum proſtratum: & ſemianimem ex edito deſpexit ululabili cum plangore ad eum ſtatim proſilit: ut ſui uidelicet miſe ratione mihi præſens crearet exitium. Cuncti enim pagani fletibus eius exciti ſtatim cõclamant canes: atque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum: paſſim cohortantur. Tũc igitur proculdubio iam morti proximus cum uiderem canes modo magnos: & numero multos: & urſis ac leonibus ad compugnandum idoneos in me cõuocatos exaſperari: ex re nata capto conſilio: fugaz deſino: ac me retrorſus celeri gradu: rurſum in ſtabulum quo deuerteram recipio. At illi canibus iam ægre cohibitis: arreptum me loro q̃ualido ad anſulaz quandam deſtinatum: rurſum cedendo confeciſſent profecto: niſi dolore plagarum aluus artata: crudiſque illis oleribus abundans: & lubrico fluxu ſaucia: ſimo fiſtulatim excuſſo: quoſdam extremi liquoris aſpergine: alios putore nidoris fœtidi a meis iaz quaſſis ſcapulis abegiſſem. Nec mora: cum iam in meridiem prono iubare: rurſuz nos: & præcipue me longe grauius onuſtum producunt illi latrones ſtabulo. Iamqz confecta bona parte itineris: & uiæ ſpacio defectus & ſarcine pondere depreſſus: ictibuſque fuſtium fatigatus: atqz etiam ungulis extritis: iam claudus & titubans riuulum quendam ſerpẽtis leniter aquæ prope inſiſtens: ſubtilem occaſionez fœliciter nactus cogitabam: totum memet flexis ſcite cruribus pronum abiicere: certus atque obſtinatus: nullis uerberibus ad ingrediendum exurgere: ĩmo etiam paratus: non fuſti tantum: ſed machera percuſſus occumbere: rebar enim iam me prorſus exanimatum: ac debilem mereri cauſæ remiſſionem. Certe latrones partim impatientia moræ: partim ſtudio feſtinatæ fugæ: dorſi mei ſarcinam duobus cæteris iumentis diſtributuros: meqz in altioris uindictæ uicem: lupis & uulturibus prædam relicturos. Sed tam bellum conſilium meũ peruertit ſors deterrima. Nanqz ille alius aſinus: diuinato & antecapto meo cogitatu: ſtatim ſe mentita laſſitudine cum rebus totis offunditur. Iacenſqz in modum mortui: non fuſtibus: non ſtimulis: ac ne cauda quidem & auribus: cruribuſqz undiqz uerſum eleuatis temptauit exurgere: quo ad tandem poſthume ſpei fatigati: ſecumqz collocuti: ne tam diu mortuo: ĩmo uero lapideo aſino ſeruientes fugam morarentur: ſarcinis eiꝰ mihi æquoqz diſtributis: diſtricto gladio poplites eius totas amputant Ac paululum a uia retractum p altiſſimũ præceps in uallem pximaz etiam nunc ſpirantem præcipitant. Tunc ego miſeri commilitonis fortunam cogitans: ſtatui iam dolis abiectis: & fraudibus: aſinum

ad anſulã deſtinatũ

machera ꝑcussus

mc bone frugi dominiis exhibere. Nam & ſecum eos aiaduerteram colloquentes: q̄ in proximo nobis eſſet habenda manſio: & toti⁹ uiæ finis quieta: eorū q̄ eſſet ſedes illa: & habitatio: clementi deniq; tranſmiſſo cliuulo: perueniemus ad locum deſtinatum: ubi rebus totis exolutis: atq; intus conditis: iam pondere liberatus: laſſitudinem uice lauacri: pulueris uoluptatibus digerebaꝫ. Res ac tempus ipſuꝫ locorum: & ſpeluncæ illius: quam latrones inhabitabant diſcriptionem exponere flagitant. Nam & meum ſimul periclitabor ingeniuꝫ: & faxo uos quoq; an mente etiam: ſenſuq; fuerim aſinus ſedulo ſententias. Mōs horridus: ſylueſtribuſq; frondibus umbroſus: & in primis altus fuit: huiꝰ per obliqua deuexa: qua ſaxis aſperrimis & ob id inacceſſis cingitur: conualles lacunoſæ cauæq; nimium: ſpinetis aggerate: & quaquauerſus repoſite naturaleꝫ tutelam præbentes ambiebant de ſummo uertice: fons affluens bullis ingentib⁹ ſcaturibat: quiq; prona delapſus euomebat undas argenteas. Iamq; riuulis pluribus diſperſus ac ualles illas amnibus ſtagantibus irrigans: in modum ſtipati maris: uel ignaui fluminis cuncta cohibebat: inſurgit ſpeluncæ: qua margines montane deſint: turris ardua: caule firma: ſolitis cratibus: ouili ſtabulatione commoda: porrectis undiq; lateribus: ante fores exigui tramites: uice ſtructi parietis attenduntur: ea tu bono certe meo periculo latronuꝫ dixeris atria: nec iuxta quicq̄ q̄ parua caſula: cannulis temere contecta: quo ſpeculatores e numero latronum: ut poſtea comperi: ſorte ducti: noctibus excubabant. Ibi cum ſinguli direpſiſſent ſtipatis artubus: nobis ante ipſas fores loro ualido deſtinatis: anum quandam: curuatam graui ſenio: cui ſoli ſalus atq; tutela: tot numero iuuenum commiſſa uidebatur: ſic infeſti compellant: etiam ne tu buſti cadauer extremum: & uite dedecus primum: & orci faſtidium ſolum: ſic nobis ocioſa domi reſidens luſitabis: nec noſtris tam magnis tamque periculoſis laboribus: ſolatium de tam ſera refectione tribuas: quæ diebus ac noctibus: nil quicq̄ rei q̄ merum ſeuienti uentri tuo ſoles auiditer ingurgitare. Tremens ad hæc & ſtridenti uocula pauida ſic anus: at uobis fortiſſimi fideliſſimiq; mei hoſpitatores iuuenes affatim cuncta ſuaui ſapore percocta pulmenta: præſto ſunt: panis numeroſus: uinum probe calicibus effricatis affluenter immiſſum: & ex more calida tumultuario lauacro ueſtro præpata. In fine ſermonis huiꝰ ſtatī ſeſe deueſtiūt: nudatiq; & flāmæ largiſſimæ uapore recreati: calideq; pfuſi: & oleo p̄uncti: menſas dapibus largiter inſtructas accumbūt:

Deſcriptio locorū & ſpeluncę quorundam latronum.

panis numeroſus.

Commodus combuerant: & ecce quidem longe plures numero iu uenes adueniunt: alii quos incunctanter adæque latrones arbitrarere Nam & ipsi prædas aureorum argenteorumque nummorum: ac ua sculorum: uestisque sericæ & intextæ filis aureis: inuehebant hi simi li lauacro refoti: inter foros sociorum sese reponunt. Tunc sorte du cti ministerium faciunt. Estur ac potatur incondite: pulmentis acer uatim: panibus aggeratim: poculis agminatim ingestis: clamore lu dunt: strepitu cantillant: conuitiis iocantur: ac iam cætera semiferis laphithis: thelamibus: centaurisque similia. Tunc inter eos unus: q robore cæteros antistabat! Nos quidem inquit Milonis Hypatini do mum fortiter expugnauimus: præter tantam fortunæ copiam: quas nostra uirtute nacti sumus: & incolumi numero castra nostra petiui mus: & siquid ad rem facit! octo pedibus: auctiores remeauimus.

Thelamibus.

At uos qui boetias urbes appetistis: ipso duce uestro fortissimo Lamatho dimminuti: debilem numerum reduxistis: cuius salutem merito sarcinis istis quas aduexistis omnibus certe antetulerim. Sed illum quidem utcumque nimia uirtus sua peremit: inter inclytos re ges: ac duces preliorum tanti uiri memoria celebrabitur. Enimuero uos bone frugi latrones inter furta parua atque seruilia! timidicule: per balneas: & aniles cellulas reptantes! scrutariam facitis. Suscipit unus ex illo posteriore numero. Tu ne solus ignoras: longe facilio res ad expugnandum domus esse maiores! quippe quod licet nume rosa familia latis diuersetur ædibus: tamen quisq; magis suæ saluti q̄ dñi consulat opibus. frugi autem & solitarii homines fortunam par uam: uel certe satis amplam: dissimulanter obtectam: protegũt acri⁹ & sanguinis sui periculo muniunt. Res ipsa deniq; fidē sermõi meo dabit: Vix enim Thebas Heptapylos accessimus: quod est huic disci plinæ primarium studiũ. Sed dũ sedulo fortunam inquirebamus po pularē: nec nos deniq; latuit Chryseros quidam nũmularius copio sæ pecuniæ dominus: qui metu officiorũ: ac numerꝰ publicorum: ma gnis artibus: magnam dissimulabat opulentiam. Deniq; solus ac soli tarius parua. sed satis munita domũcula contentus. pannosus alioqn ac sordidus aureos folles incubabat. Ergo placuit ad hunc primum ferremus aditum: ut concepta pugna manus uniceæ: nullo negocio cunctis opibus ocioſe potiremur. Nec mora: cum noctis initio fo ribus eius præstolamur: quas neq; subleuare neq; dimouere: ac nec perfringere quidem nobis uidebatur: ne ualuarum sonus cunctaq; ui ciniam nostro susciteret exitio. Tũc itaque sublimis ille uexillarius

scratariã facitis.

chryseros nũmularius

pannosus

aureos folles incubabat

Lamathus

noſter Lamathus: ſpectata uirtutis ſuæ fiducia: qua clauis īmitten/
dæ foramen patebat: ſenſim īmiſſa manu: clauſtrum euellere geſtie/
bat. Sed dudum ſcilicet oīuꝫ bibendum nequiſſimus chryſeros uigi/
lans & ſingula rerum ſentiens: lenem gradum: & obnixum ſilentium
tolerans: paulatim adrepit: grandiqꝫ clauo manum ducis noſtri: re/
pente: niſu fortiſſimo: ad hoſtii tabulam offigit: & extiabili nexu pa/
tibulum relinquēs: gurguſtioli ſui tectum aſcendit: atqꝫ inde contē/
tiſſima uoce clamitans: roganſqꝫ uicinos: & unumquenqꝫ proprio
nomine ciens: & ſalutis communis admonens diffamat: incendio repē
tino domum ſuam poſſideri. Sic unuſquiſqꝫ proximi periculi confi/
nio territus: ſuppetiatum decurrere anxii. Tunc nos in ancipiti peri/
culo cōſtituti: uel opprimendi noſtri: uel deſerendi ſotii mediuꝫ e re
nata ualidum: eo uolente: cōmiſſimus. Anteſignani noſtri partem:
qua manus humerꝫ ſubit: ictu ꝑ articulū mediū temerato: prorſus
abſcindimus: atqꝫ ibi brachio relicto: multis hiciniis offulto uulnerē:
ne ſtillæ ſanguinis ueſtigiū proderēt: cæterū lamathū: raptim repor
tamus: ac dum trepidi religiōis urguemur graui tumultu: & inſtan/
tis piculi metu terremur ad fugā: nec uel ſeq prope: uel remanere tu
to pōt: uir ſublimis animi: uirtutiſqꝫ præcipuꝰ! multis nos affatibꝰ:
multiſqꝫ precibꝰ quærens: adhortaꝰ ꝑ dexteram Martis: ꝑ fidē ſacra
menti: bonū cōmilitonē cruciatu ſimul & captiuitate liberaremus.
Cur. n. manu: quæ rapę & iugulare ſola poſſet: fortē latronē ſupui/
uere! ſat ſe beatū: qui manu ſocia uolens occubere. Cumqꝫ nulli no
ſtrū ſpontale parricidiū ſuadēs: ꝑſuadere poſſet! manu reliqua ſum
ptum gladiū ſuū: diuqꝫ deoſculatus: ꝑ mediū pectꝰ: ictu fortiſſimo
tranſadigit. Tunc nos magnanimi ducis uigore uenerato: corpus re
liquum ueſte linea diligenter conuolutū! mari cælandū cōmiſimꝰ:
elemēto toto Sepultus & nūc iacet noſter Lamathus elemento toto ſepultus. Et ille quidē
dignum uirtutibus ſuis uitæ terminum poſuit. Eniuero Alcimus
ſolertibus cæptis: tñ ſæuū fortunæ nutum nō potuit adducere! qui
cū dormientis anus ꝑfracto tuguriolo concediſſet cubiculū ſuperiꝰ:
iamqꝫ protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet prius
maluit rerum ſingula per latiorem feneſtram forinſecus nobis ſtilis
rapienda diſpergere. Cūqꝫ iam cūcta rerum gnauiter emolitus: nec
toro quidem aniculæ qeſcentis parcere uellet: eaqꝫ lectulo ſuo deuo
luta: ueſtē ſtragulam ſubductaꝫ ſcilicet iactare ſimiliter deſtinaret:
genibus eius profuſa ſic neqſſima illa depræcaꝰ. Quid oro fili paup
reſculas tinas pannoſaſqꝫ reſculas miſerrime anꝰ donas uicinis diuitibꝰ! quoꝝ

hæc feneſtra domum prōſpicit? quo ſermone callido deceptus aſtu: & uera quæ dicta ſunt credens Alcimus: uerens ſcilicet: ne & ea quæ prius miſerat: quæq; poſtea miſſurus foret: non ſotiis ſuis. ſed in alienos lares: iam certus erroris abiiceret: ſuſpendit ſe feneſtra: ſagaciter ꝓſpecturus oĩa: præſertim domus attiguæ: quam dixerat illa fortūaſ arbitraturus: quod eū ſtrenue quidē: & ſatis ĩprouide conantē: ſenile illud facinus: q̄q̄ ĩualido repētino tū: & inopinato pulſu nutantē: ac pēdulū: & in proſpectu alioquin attonitū: præceps ĩegit: quæ præter altitudinem nimiam ſuper quendam etiam uaſtiſſimū lapidē prope iacentem decidens: perfracta: diffuſaq; crate coſtaꝝ: riuos ſanguinis uomens: primitus narratis nobis quæ geſta ſunt: non diu cruciatꝰ ui tam euaſit: quem prioris exemplo ſepulturæ traditum bonum ſecutoreꝫ Lamatho dedimus. Tunc orbitatis duplici plaga petiti. Iamq; Thebanis conatibus abnuentes plateas proximam conſcendimus ciuitatem: ubi fama celebrem quendam nomine Democharem munus ædituꝫ gladiatoriū depræhendimus. Nam & genere primarius uir: & opibus pluribus: & liberalitate præcipuus: digno formæ ſuæ ſplēdore: publicas uoluptates inſtruebat. Quis tanti ingenii: quis facundiæ: quiſſingulas ſpecies apparatus multiiugi uerbis idoneis poſſit explicare? gladiatores iſti famoſæ manus: uenatores illi probatæ pernicitatis: alibi noxia: perdita ſecuritate ſuis epulis beſtiarum ſaginas inſtruentes: confixilis machinæ ſublicæ: turres tabularum nexibus ĩſtar circūforaneæ domus: floridæ picturæ: decora futuræ uenationis receptacula: qui præterea numerus? quæ facies ferarum? Nam præcipuo ſtudio forenſis etiam aduexerat generoſa illa damnatorum capitum funera: ſed præ cætera ſpecioſi muneris ſupellectilem: totis ut cunq; patrimonii uiribus immanis urſæ comparabat numerum copioſum. Nam præter domeſticis uenationibus captas: præter largis emptionibus partas? amicorum etiam donationibus uariis certatim oblatas: tutela ſumptuoſa ſollicite nutriebant. Nec ille tam clarus tamque ſplendidus publicæ uoluptatis apparatus: inuidiæ noxios effugit oculos. nam diutina captiuitate fatigatæ ſimul & æſtiua flagrantia maceratæ: pigra etiam ſeſſione languidæ: repentina correpte peſtilentia: pene ad nullum rediuem numeruꝫ paſſim per plateas plurimas cerneres iacere ſemiuiuorum corporuꝫ ferina naufragia. Tūc uulgus ignobile: quos inculta pauperies: ſine delectu ciboruꝫ: tenuato uentri cogit ſordentia ſupplementa: & dapes gratuitas conquirere? paſſim iacentes epulas accurrere. Tunc nacti ſubtile conſilium?

attiguę domuſ

Democharem

ſublicę

ad nullū rediuę numerū

babulus

ego & iſte babulus tale cõmiſcimur: urſam: quæ cæteris ſarcina cor/
pis præualebat: quaſi cibo parandam: portamus ad noſtrũ receptacu
lum: eiuſq; probe nudatũ carnibus coriũ: ſeruatis ſollerter ungui/
bus: ipſo etiam beſtiæ capite: aduſq; cõfiniũ ceruicis: ſolido relicto:
tergũ omne raſura ſtudioſa tenuamus: & minuto cinere perſperſu;
examurgatur ſoli ſiccandum tradimus. Ac dum cæleſtis uaporis flammis examur
gatur: nos interdũ pulpis eius ualenter ſaginantes: ſic iſtanti militiæ
diſponimus ſacramentum: ut unus e numero noſtro: nõ q corporis
adeo: ſed animi robore cæteris antiſtaret: atq; is ĩ primis uolũtarius:
pelle illa contectus: urſæ ſubiret effigiem: domũq; Democharis illa/
tus: peropportuna noctis ſilentia nobis ianuæ faciles præſtaret adit⁹.
Nec paucos fortiſſimi collegii ſolers ſpecies ad munus obeundum
arrexerat: quorum præ cæteris thraſileon factionis optione dilectus:
ancipitis machinæ ſubit aleam. Iamq; habili corio: & mollicie tracta/
bili: uultu ſereno ſeſe recondit. Tunc tenui acumine ſũmas oras ei⁹
adequauimus: & iunctur æ rimã licet gracilem: ſetæ circũfluentis dẽ
ſitate ſæpimus: ad ipſuq; cõfiniũ gulæ: qua ceruix fuerat exacta: thra
ſileõis caput ſubĩ cogimus: puiſq; reſpiratui: circa nares & oculos:
datis foraminibus: fortiſſimũ ſotiũ noſtrũ: prorſus beſtiam factum
ĩmittimus caueæ: modico prædeſtinatæ precio: quam conſtanti uigo
re feſtinus inrepſit ipſe: ad hunc modum prioribus ĩchoatis ſic reli/
qua fallaciæ peregim⁹. Sciſcitati nomẽ cuiuſdam Nicanoris: qui ge
nere thracio ꝓditus: ius amicitiæ ſummũ cum illo demochare cole/
bat: litteras affigimus: ut uenationis ſuæ primicias: bonus amicus ui
puecta ueſpera deretur ornando mũeri dedicaſſe. Iamq; ꝓuecta ueſpera: abuſi præſi
dio tenebrarum: thraſileonis caueam: demochari cũ litteris illis adul
Iris adulterinis terinis offerimus. Qui demiratus beſtiæ magnitudinem: ſuiq; cõtu/
bernialis opportũa liberalitate lætatus: iubet nobis ꝓtinus gaudii ſui
gerulis: decẽ aureos: ut ipſe habebat: e ſuis loculis adnumerari. Tũc
ut nouitas conſueuit ad repentinas uiſiones animos hominũ pellere:
multi numero mira bundi beſtiam confluebant: quos ſatis callẽter
curioſos aſpectus thraſileon noſter: impetu minaci: frequenter inhi
bebat: conſonaq; ciuium uoce ſatis felix: ac beatus democharis ille
ſæpe celebratus: qd' poſt tantam cladem ferarum nouo prouentu:
quoquomodo fortunæ reſiſtere: iubet noualibus ſuis confeſtim be/
ſtiam ire: iubet ſumma cum diligentia reportari: ſed ſuſcipiens ego:
caueas inq̃ domine flagrantia ſolis: & itineris ſpatio fatigatam cœtui
multarum: & ut audio non recte ualentium: committere ferarũ: qn

potius domus tuæ patulum ac perflatilem locum: immo & lacu aliquo conterminũ refrigerantẽq; prospicis. An ignoras hoc genus bestiæ? lucos cõsitos & specus roridos: & colles frigidos: & fontes amœnos semp incubare? Talibus monitis Democharis perterritus: numerũq; pditor̃ secũ recensens: non difficulter ad sensus: ut ex arbitrio nostro caueam locaremus: facile pmisit. Sed & nos inq̃ parati sumus hic ibidem pro cauea ista excubare noctes: ut æstus & uexationis incommodo bestiæ fatigatæ: & cibum tempestiuũ & potum solitus ac curatius offeramus. Nihil indigemus labore isto uestro: respondit ille. Iam pene tota familia per diutinam consuetudinem: nutriẽdis ursis exercitata est. Post hoc uale facto discessimus: & portam ciuitatis egressi: monumentum quoddam conspicamur: procul a uia: remoto & abdito loco positum. ubi capulos: carie: & uetustate semitectos quis inhabitabant puluerei & iam cineroſi mortui passim: ad futuræ prædæ receptacula referamus: & ex disciplina sectæ? seruato noctis illumino tpe: qua sõnus obuius ipetu primo: corda mortaliũ ualidius inuadit ac præmit: cohortẽ nostram gladiis armatam ante ipsas fores Democharis: uelut expilationis uadimonium: sistimus. Nec secius: Thrasileon examussim: capto noctis latrocinali momento prorepit cauea: statimq; custodes qui prope sopiti quiescebant: mox ad unus omnes: etiam ianitorem ipsum gladio conficit: clauiq; subtracta fores ianuæ repandit: nobisq; prompte conuolantibus & domus alueo receptis: demonstrat horreum ubi uespera sagaciter argentum copiosum recondi uiderat. quo protinus perfracto: confertæ manus uiolẽtia. iubeo singulos commilitonum asportare quantum quisque poterat auri uel argenti: & in illis ædibus fidelissimorum mortuorũ occultare propere: rursum concito gradu recurrentes sarcinas iterare. quod enim ex usu foret omniũ me solum resistentem p̃ domus limine: cuncta rex̃ exploratus̃ sollicite dum redirent. Nam & facies urse mediis edibus discurrentis ad proterrendos: siqui de familia forte uigilassent: uidebatur opportuna: Quis enĩ q̃is fortis: & intrepidus: ĩmani forma tantæ bestiæ: noctu præsertim: uisitata nõ se ad fugam statim concitaret? Non obdito cellæ pessulo pauens: & trepidus sese cohiberet? His omnibus salubri consilio recte dispositis: occurrit sæuus euentus. Namq; dum reduces socios nostros suspẽsus opperior quidam seruulus: strepitu scilicet diuinitus ĩquietus p̃serpit leniter uisaq; bestia: quæ libere discurrens: totis ædibus cõmeabat: præmẽs obnixum silentiũ: uestigiũ suum replicat: & utcũq; cũctis in domo

vale facto.

capulos.

noctis illumino tpre.

THrasileon.

sepaceis instrumentis

uisa pronuntiat. Nec mora cũ numerosæ familiæ frequentia domus tota cõpletur tædis lucernis: cereis: sepaceis nocturni luminis ĩstrumentis. Clarescunt tenebræ: nec inermis quisquam de tanta copia ꝓcessit: sed singuli fustibꝰ: lanceis: districtis deniq; gladiis: armati muniunt aditus: nec secus canes etiam uenaticos: auritos illos: & horricomes: ad cõprimendam bestiam cohortantur. Tunc ego sensim glisscente adhuc illo tumultu retrogradi fuga domo facesso: sed plane thrasileonem mire canibus repugnantem: latens pone ianuam ipse prospicio: q̃q̃ enim uitæ metas ultimas obiret: nõ tamen sui: nostriq; uel pristinæ uirtutis oblitus: iam faucibus ipsis hiantis cerberi reluctabat: scenaq; deniq; quaq; sponte sumpserat: cũ aĩa retinens: nunc fugiens: nũc resistens: uariis corporis sui scenis: ac motibus: tandẽ domo ꝓlapsus est. Nec tamen q̃uis publica potiꝰ libertate salutẽq; fuga quærere potuit. Quippe cũcti canes de proxĩo angiportu satis feri: satisq; copiosi: uenaticis illis: q cõmodum domo similiter insequentes processerant: sese cõmiscent agminatim: miserũ funestumq; spectatum aspexi. Thrasileonẽq; nostrũ cateruis canũ seuientiũ cinctũ: atq; obsessuq;: multisq; numero morsibus laniatũ. Deniq; tanti doloris impatiẽs: populi circũfluentis turbulis ĩmisceor: & ĩ quo solo poteram celatum auxiliũ bono ferre cõmilitoni: sic ĩdaginis principes dehortabar. O grande inq̃: & extremum flagitium: magnam & uere præciosam perdimus bestiam. Nec tñ nostri sermonis artes: infœlicissimo profuere iuueni. Quippe quidam procurrens e domo: procerꝰ: & ualidus: incunctanter lanceam mediis iniecit ursæ præcordiis: nec secus alius: & ecce plurimi iam timore discusso: certatim gladios: & iam deproximo congerunt. Enĩuero thrasileon egregium decus nostræ factionis: tandem immortalitate digno illo spiritu expugnato: magis q̃ patientia neq; clamore: ac nec ululatu quidẽ: fidẽq; sacramẽti ꝓdidit: sed iam morsibus laceratus: ferroq; laniatus obnixo mugitu: & ferino fremitu: præsentem casuq; generoso uigore tolerans: gloriam sibi reserauit: uitam fato reddidit. Tanto tñ terrore: tantaq; formidine cœtuq; illum turbauerat: ut usq; diluculũ: immo & ĩ multuq; diem: nemo quisq̃ fuerit ausus: quãuis iacentẽ bestiam: uel digito cõtingere: nisi tandem pigre ac timide qdam lanius: paulo fidẽtior: utero bestiæ resecto: ursæ magnificuq; despoliauit latronẽ. Sic etiaq; thrasileon nobis perimit: sed a gloria nõ periuit. Confestim itaq; constrictis sarcinis illis: q̃s nobis seruauerant fideles illi mortui: plateæ termiõs cito gradu deserẽtes: istud apud nr̃os aĩos idẽtidẽ reputabamꝰ:

gliscente tumultu
domo facesso
pone ianua

Indaginis

quidã Lanius

Notꝰ

merito nullam fidē in uita reperiri: quōd ad manis iam: & mortuos odio perfidiæ noſtræ demigrarit. Sic onere uecturæ ſimul & aſperae uiæ toti fatigati: tribus comitum deſideratis: iſtas quas uidetis: prædas aduexim⁹. Poſt iſtū ſermonis terminum poculis aureis memoriæ defūctoꝝ cōmilitonum: uino mero libant: de hinc canticis q̄buſdam Marti deo: blanditi: paululum conquieſcūt. Etenī nobis anꝰ illa recens ordeū affatim: & ſine ulla menſura largita eſt: ut equus quidem meus: tanta copia: & quidem ſolus potitus: ſaliares ſe cenaſſe cœnas crederet. Ego uero quanq̄ alias ordeū tunſum minutatim: & diutina cogitatione uirulentum: ſemper eſerim: rimatus angulum: quo panis reliquiæ totius multitudinis congeſtæ fuerant: fauces diutina fame ſaucias: & araneantes uehementer exerceo. Et ecce nocte promota: latrones expergiti caſtra commouent: Inſtructique uarie: partim gladiis armati in lemures reformant: concito ſe gradu proripiūt Nec me tamen inſtanter ac fortiter manducantem: uel ſomnus immi nens impedire potuit. Et quanquam prius cum eſſem Lucius: unico uel ſecundo pane contentus: menſa decederem: tūc uentri tam pfundo ſeruiens: iam ferme tertiū qualū rumigabam: huic me opi attoni tū clara lux oppreſſit. Tandē deniq3 aſinali uerecundia ductus: egerrime tamen digrediens riuulo proximo ſitim lenio. Nec mora cū3 latrones ultro anxii atque ſolliciti remaneant: nullam quidem prorſus ſarcinam: uel omnino licet uilem laciniam ferentes: ſed tantu3 gladiis totis manibus: immo factionis ſuæ cūctis uiribus: unicam uirginem filo liberalem! & ut matronatus eius indicabat: ſūmatem regiōis: puellam: mehercules & aſino tali concupiſcendam: merētē: & crines cū ueſte ſua lacerantē: aduehebant. eam ſimul ītra ſpelūcam uerberaq3 quæ dolebat minora facientes: ſic alloquūtur. Tu quidem ſalutis & pudicitiæ ſecura: breuem patientiam noſtro cōpendio tribue. Quos ad iſtam ſectam paupertatis neceſſitas adegit. Parentes autem tui de tanto ſuarum diuitiarum cumulo: quanq̄ ſatis cupidi tamē ſine mora parabūt ſcilicet idoneam ſui ſanguinis redēptionē. his & his ſimilibus blacteratis: nec quicq̄ dolor ſedatur puellæ. quidni quæ inter genua ſua depoſito capite ſine modo flebat. At illi intro uocatæ anui præcipiūt: aſſidēs eam blando quantū poſſet: ſollaretur alloqo: ſeq3 ad ſecte ſueta conferre. Nec tamen puella quiuit ullis aniculæ ſermonib⁹ ab incæptis fletibus auocari. Sed altius eiulans ſeſe: & aſſiduis ſingultibus ilia quatiens mihi etiam lachrymas excuſſit. At ſic. An ego inquit miſera tali domo: tanta familia: tam caris uernulis: tam

ſaliares cenas.

uirulentum.

fauces ſaucias fame & araneantes.

Lemures.

tertiū quali rumigabā.

ſummatem regionis.

blatteratis.

Queſtus cuiuſdam puelle.

tam caris uernulis.

ſanctis parentibus deſolata: & infœlicis rapinæ præda: & mancipium effecta: inq3 iſto ſaxeo carcere ſeruiliter clauſa: & omnibus delitiis: quis innata atq3 innutrita ſim: priuata: ſub incerta ſalutis & carnifi/
tonantis & reginaꝫ deaꝫ mēorat: inclytis Argiuoꝫ præſides mœnibꝰ
q̄ cunctus oriens Zygiam ueneratur: & omnis occidens lucinam ap/
Zygia Lucina pellat? ſis meis extremis caſibus Iuno ſoſpita: meq3 ī tantis exanclatis
laboribus defenſam? imminentis periculi metu libera: quod ſciam ſo
les prægnantibus periclitantibus ultro ſubuenire. Ad iſtum moduꝫ
ſupplicanti ſtatim ſeſe Iuno cum totius ſui numinis auguſta digni/
tate præſentat: & protinus: quam uellem inqt perfidē nutum meum

precibus tuis accommodare. sed contra uoluntatem Veneris: nurus meæ: quam filiæ semper dilexi loco: præstare me pudor non sinit: tũc etiam legibus: quæ seruos alienos pfugos inuitis dominis uetant susci pi: prohibeor. Isto quoq; fortũæ naufragio Psyche perterrita: nec indipisci iam maritum uolatilem quiẽs: tota spe salutis depositæ: sic ipsa suas cogitationes consuluit. Iam quæ possũt alia meis ærumnis temptari uel adhiberi subsidia: cui nec dearum qdem: quanq̃ uolẽtiũ potuerunt prodesse suffragia. quo rursum itaq; tantis laqueis iclu/sa uestigiũ porrigam: quibusq; tectis uel etiaꝫ tenebris abscõdita ma gnæ Veneris ieuitabiles oculos effugiam: qn igitur masculũ tandem sumis animũ: & cassæ speculæ renũcias fortiter: & ultroneam te dñæ tuæ reddis: & uel sera modestia sæuientes impetus eius mitigas: q sci as: an etiam: quem diu quæritas: illic in domo matris reperias. Sic ad dubium obsequiũ: imo ad certũ exitium: præparata: principiũ futu/ræ secum meditabatur obsecrationis. At Venus terrenis remediis in/qsitionibus abnuens: cœlũ petit: iubet constrŭi currũ: quẽ ei Vulca/nus subtili fabrica studiose poliuerat: & ante thalami rudimentum: nuptiale munus obtulerat: lunæ tenuantis detrimento conspicuum: & ipsius auri damno precios̃um. de multis quæ circa cubiculum do/minæ stabulant: pcedũt quattuor candidæ columbæ: & hilaris icessi bus picta colla torquentes: iugũ gẽmeũ subeũt. Susceptaq; domina læta subuolant: currũ deæ psequentes: gannitu cõstrepenti lasciuiũt passeres. & cæteræ quæ dulce canticant aues melleis modulis suaue re sonantes: aduentum deæ pronũciant: cedũt nubes: & cœlum filiæ pan ditur: & summus æther cum gaudio suscipit deam. nec obuias aqlas uel accipitres rapaces: ptimescit magnæ Veneris canora familia. Tũc se protinus ad regias Iouis arces dirigit: & petitu superbo Mercurii: dei uocalis opere necessariam usuram postulat. nec renuit Iouis ce/rulum supercilium. Tũc ouans ilico: comitante etiaꝫ Mercurio: Ve nus cælo demeat: eique sollicite serit uerba. Frater Arcadi. scis nẽ pe sororem tuam Venerem sine Mercurii præsentia: nil unquam fe/cisse: nec te præterit utiq;: quanto iam tempore delitescentẽ ancillam nequiuerim reperire. Nil ergo superest q̃ tuo præconio premiũ iue/stigationis publicitus edicere. Fac ergo mandatum matures meũ. & indicia quibus potest cognosci manifeste designes: ne si qs occultati/onis illicite crimen subierit: ignorantiæ se possit excusatiõe defendere & simul dicens libellũ ei porrigit: ubi Psyches nomen cõtinebatur. & cætera: quo facto protinus domũ secessit. Nec Mercurius omisit

Indipisci

Consiliũ psyches

Quatuor candidæ columbæ iugum subeũt gemmeum.

Veneris iter describitur.

Iouis cerulum supcilium.

Venus ad Mercurium.

Mercurius

obſequium. Nam per oīuꝫ ora populoruꝫ paſſim diſcurrēs: ſic mandatæ prædicatiōis munꝰ exequebaꝝ. Si qs a fuga retrahere: uel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam? Veneris ancillam: nomīe Pſychen: conueniat retro metas murtias: Mercuriū prædicatorem: accepturus indicii nomīe: ab ipſa Venere. vii. ſauia ſuauia: & unum blandientis adpulſum linguæ longæ mellitum. Ad hunc modum pronuntiante Mercurio tanti præmii cupido: certatiꝫ oīuꝫ mortaliuꝫ ſtudiū arrexerat. Quæ res nūc uel maxīe ſuſtulit Pſyches omnem contationem. Iamqꝫ fores eius dñæ proximanti: occurrit una de famulatione Veneris: nomine conſuetudo: ſtatimqꝫ q̄tum maxime potuit exclamat. Tandem ancilla nequiſſima dominam habere te ſcire cœpiſti? An pro cætera morū tuorū temeritate: iſtud quoqꝫ neſcire te fingis: quantos labores circa tuas inq̄ſitiones ſuſtinuerimꝰ? Sed bene: q̄ meas potiſſimuꝫ manus incidiſti: & inter orci cancros iaꝫ ipſos adheſiſti: datura ſcilicet actuum contumaciæ tantæ pœnas: & audaciter in capillos eius immiſſa manu: trahebat eam: nequaq̄ renitentem: quam ubi primum inductam: oblatamqꝫ ſibi conſpexit Venus: lætiſſimum cachinnum extollit: & qualem ſolēt furenter irati: caputqꝫ quatiēs: & adſcalpens aurem dexteram. Tandem inquit dignata es ſocrum tuam ſalutare? an potius maritum qui uulnere tuo periclitatur: interuiſcere ueniſti? Sed eſto ſecura: iam enim excipiaꝫ te: ut bonam nuruꝫ condecet: & ubi inqt ſollicitudo: atqꝫ triſtices ancillæ meæ: quibus intro uocatis? torquendam tradidit eam. At ille ſe quētes herile præceptū? Pſychen miſellam flagellis afflictam: & cæteris tormentis excruciatam: iterū domīæ conſpectui reddunt. Tunc rurſus ſublato riſu Venus. Et ecce inquit nobis turgidi uentris ſui lenocinio commouet miſerationem: unde me præclara ſobole: auiam beatam ſcilicet faciet. Fœlix uero ego: quæ in ipſo ætatis meæ flore: uocabor auia: & uilis ancillæ filiꝰ: nepos Veneris audiet: q̄q̄ iepta ego: fruſtra filium dicam: impares enim nuptiæ: & præterea īuilla: ſine teſtibus: & patre non conſentiente: factæ: legitimæ non poſſūt uideri. Ac per hoc ſpurius iſte naſcetur: ſi tamen partum omnino proferre te patiemur. His editis inuolat eam: ueſtemqꝫ plurifariam diloricat: capilloqꝫ diſciſſo: & capite conquaſſato: grauiter affligit: & accepto frumento: & ordeo: & milio: & papauere: & cicere: & lente: & faba: commixtiſqꝫ aceruatim: confuſiſqꝫ in unum glomulum: ſic ad illam. Videris enim mihi tam deformis ancilla nullo alio: ſed tantuꝫ ſedulo miniſterio: amatores tuos promereri. Iam ergo & ipſa

frugem tuam periclitabor: discerne seminũ istoꝝ passiuam congeriẽ singulisq3 granis rite dispositis atq3 seiugatis: ante istam uesperam opus expeditum approbato: mihi sic assignato tantorum seminu3 cumulo: ipsa cœnæ nuptiali concessit. Nec Psyche manus admolitur inconditæ illi: & inextricabili moli, sed imanitate præcepti consternata silens obstupescit. Tunc formicula illa paruula atque ruricula certatim difficultatis tantæ: laborisque miserta: contubernalis magni dei: socrusq3 sæuitiam execrata discurrens gnauiter: conuocat corrogatq3 cunctam formicarum accolarum classem. Miseremini terræ omniparentis agiles alumnæ: miseremini: & amoris uxori puellæ lepide periclitanti: prompta uelocitate succurrite. Ruũt aliæ: superq3 aliæ: sepedum populorum unde summoq3 studio: singulæ granati3 totũ digerunt aceruũ: sepatimq3 distributis dissitisq3 generibus e conspectu perniciter abeũt. Sed initio noctis e conuiuio nuptiali uino madens & flagrans balsama Venus remeat: totumq3 reuincta corpus: rosis micantibus: uisaq3 diligentia miri laboris: non tuum inquit nequissima. nec tuarum manuum istud opus: sed illius cui tuo: immo & ipsius malo: placuisti: & frusto cibarii panis ei proiecto: cubitũ facessit. Interim cupido solus: interioris domus unici cubiculi custodia clausus: coercebatur acriter: partim ne petulanti luxuriæ uulnus grauaret. partim ne cum sua cupita conueniret. Sic ergo distinctis & sub uno tecto separatis amatoribus: tetra nox exanclata. Sed aurora commodum inequitanti: uocatæ Psyche Venus infit talia.

Vides ne illud nemus: quod fluuio præterluenti: ripisque longis attenditur: cuius imi gurgites uicinum fontem despiciunt? oues ibi nitentes: auriq3 colore florentes: incustodito pastu uagantur. Inde de coma preciosi uelleris: floccũ mihi confesti3 quoquo modo quæsitum afferas censeo. Perrexit Psyche uolenter: non obsequium quidem illa cunctantur. sed requiem malorum præcipitio fluuialis rupis meditatur. Sed inde de fluuio musice suauis nutricula leni crepitu dulcis auræ: diuinitus inspirata. sic uaticinatur arũdo uiridis. Psyche tantis ærũnis exercita. neque tua miserrima morte meas sanctas aquas polluas: nec uero contra formidabiles oues istius oræ feras aditum: quoad de solis flagrantia mutuato calore: truci rabie solent efferri: cornuq3 acuto & fronte saxea: & nonnunq̃ uenenatis morsibus in exitium seuire mortalium. Sed dum meridies solis sedauerit uaporem: & pecua spiritus fluuialis serenitate conquieuerint: poteris sub illa procerissima platano: quæ mecum simul unum fluentum bibit:

frugẽ tuã ꝑiclitabor. primũ mãdatũ ueneris.

Formicula.

sepedũ populorum.

Mandatũ Veneris Psyche secũdũ.

floccum.

Arundo psychen alloquẽs.

latenter te abſcondere: & cū primum mitigata furia laxauuerīt oūes animum: percuſſis frondibus attigui nemoris lanoſum aurꝫ reperies ꝙ paſſim ſtirpibus cōnexis obhoreſcit. Sic arundo ſimplex & humana: Pſychen ægerrimam ſalutem ſuam docebat: Nec auſcultatu pœnitendo diligenter inſtructa: illa ceſſauit. Sed obſeruatis omnibus furatrina facili: flauentis auri mollicie congeſtum gremium Veneri reportat. nec tamen apud dominam ſaltē ſecūdi laboris periculum ſecundum teſtimonium meruit. ſed contortis ſupciliis ſubridēs amarꝫ ſic inquit. Nec me præterit huius quoqꝫ facti auctor adulterinus. ſꝫ iam nūc ego ſedulo periclitaboꝛ: an oppido forti animo. ſingulariqꝫ prudentia ſis prædita. uideſne inſiſtentem celſiſſimæ illi rupi montiſ ardui uerticē: de quo fontis atri fuſcæ defluunt unde! Proximeque conceptaculo uallis incluſæ ſtygias irrigant paludes: & pauca cocyti fluenta nutriūt. Indidē mihi de ſummi fontis penita ſcaturigine: rorem rigentem hauritum: iſta confeſtim deferto urnula. Sic aiēs: cryſtallo: dedolatum uaſculū: inſuꝑ ei grauiora cōminata tradidit! At illa ſtudioſe gradum celerans: montis extremum petit cumuluꝫ. certe uel illic inuitæ peſſimæ finem. Sed cumprimum prædicti iugi conterminos locos appulit! uidet rei uaſtæ lætalem difficultatē. Namqꝫ ſaxum immani magnitudine ꝑcerum: & īacceſſa ſalūbritate lubricū mediis e faucibus lapidis: fontes horridos euomebat: qui ſtatim ꝑni foraminis lacinus editi: perqꝫ procliue delapſi: & anguſti canalis exerto contecti tramite: proximam conuallem latenter incidebant: dexteꝛa leuaqꝫ cotibus eauatis proſerpunt: & longa collo porrecti ſeui dracones inconuiuæ uigiliæ luminibus addictis: & in perpetuam lucem pupulis excubantibus. Iamqꝫ & ipſe ſemet muniebant uocales aquæ Nam & diſcede: & quid facis: uide: & quid agis: caue: & fuge: & periꝛis: ſubinde clamant. Sic impoſſibilitate ipſa mutata in lapidem Pſyche: quanuis præſenti corpore: ſenſibus tamen aberat: & ĩextricabilis pericule mole prorſus obruta: lachrymarum etiam extremo ſolatiō carebat. Nec ꝓuidentiæ bonæ graues oculos innocentis animæ latuit ærumna. nam primi Iouis regalis auis illa: repente propanſis utrīqꝫ pinnis: affuit rapax aquila: memorque ueteris obſequii: quo ductu cupidinis Ioui pocillatorem Phrygium ſubſtulerat: opportunaꝫ ferens opem: deiqꝫ numen in uxoris laboribus percolens: alti culminis diales uias deſerit: & ob os puellæ præuolans: incipit. At tu ſimplex alioquin & expers rerum talium: ſperaſqꝫ te ſanctiſſimi: nec minꝰ truculenti fontis: uel unam ſtillam poſſe furari: uel oīno cōtingere: diis

Lanoſū aurꝫ

furatrina

Tertiū preceptū veneris

penita ſcaturigine

pocillatorē phrygiū

diales uias deſerit

etiam: ipsiq3 Ioui formidabiles aquas istas stigias uel fando cōpisti: qd'q3 uos deieratis per numina deoꝝ: deos per stigis maiestatē solere sed cedo istam urnulam. & protinus arrepta3 completamq3 festinanter: libratisq3 pinnaꝝ nutantium molibus. inter genas sæuientiū dentiū. & trisulca uibramina draconū: remigiū dextera leuaq3 porrigēs nolentes aquas: & ut abiret innoxius: præminantes excipit. cōmentus ob iussum Veneris petere: eiq3 se præministrare: quare paulo facilior adeundi fuit copia. Sic acceptam cum gaudio plenam urnam: psyche Veneri citata retulit. nec tamen nutū deæ sæuientis: uel tunc expiare potuit. Nam sic eam maiora atq3 peiora flagitia cōminans appellat: renidens exitiabile. Iam tu quidem uideris magna quædam mihi: & alta ꝓrsus malefica: quæ talibus præceptis meis obtēperasti gnauiter sed adhuc istud mea pupula ministrare debebis. Sume istam pyxidē & dedit ꝓtinus usq3 ad inferos: & ipsius orci ferales pœnates te dirige Tunc conferes pyxidē Proserpinæ: petit de te Venus dicito: modicū de tua mittas ei formositate: uel ad unam saltem dieculam sufficiens nam quod habuit dum filium curat ægrotum: consumpsit: atq3 contriuit omne. sed haud īmaturus redito: quia me necesse est indidē delinitam theatrum deoꝝ frequentare: Tunc Psyche: uel maxime sensit ultimas fortunas suas: & uelamento reiecto ad promptum exitiū sese compelli manifeste comperit Quid ni? quæ suis pedibus ultro ad tartarum manesque demeare cogeretur: nec cunctata diutius: pergit ad quampiam turrim præaltam: indidē se datura præcipitem. sic enim rebatur ad inferos recte atq3 pulcherrime se posse descendere. s3 turris prorumpit in uocem subitam. Et quid te inquit præcipitio Misella quæris extinguere: quidq3 iam nouissimo ꝑiculoq3 laboriq3 isto temere succūbis? Nam si spiritus corpe tuo semel fuerit seiugat⁹ ibis quidem profecto ad imū tartarū. sed inde nullo pacto redire poteris: mihi absculta. Lacedemon Achaiæ nobilis ciuitas: non longe sita est. huius cōterminam deuiis additam locis quære tenarum. Inibi spiraculū ditis: & ꝑ portas hiantes mōstratur iter inuiū: cui⁹ te limīe transmeatam simul cōmiseris: ia3 canale directo pergis ad ipsa3 Orci regina. sed nō hactenus uacua debebis ꝑ illas tenebras incedere: sed offas polente mulsa concretas ambabus gestare manibus: ac in ipso ore duas ferre stipes. Iamq3 confecta bona parte mortiferæ uiæ: continuaueris Claudum asinum lignoꝝ gerulū cū Agasone simili q te rogabit decidēti sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei. s3 tu nulla uoce de prompta tacita præterito. Nec mora cū ad flumen mortuum uenies

Quartū preceptū ueneris.

Turris psychen alloquēs & eius consilium

Seiugatus.

Lacedemon

cui præfectus Charon: protinus expetens portoriũ: sic ad ripam ulteriorem futili cymba deducit cõmeantes. Ergo & inter mortuos auaritia uiuit? nec Charon ille ditis: & pater tantus deus: quicq̃ gratuito facit: & pauper moriẽs uiaticum debet quærere: & æs si forte præ manu non fuerit: nemo eũ expiare patiet? huic squalido seni dabis nauli noĩe de stipibus q̃s feres: alteram: sic tamẽ: ut ipse sua manu de tuo sumat ore: nec setius tibi pigrũ fluentũ transmeanti: qdam supernatans senex mortuus: putris attollẽs manus: orabit: ut eum intra nauigium trahas: nec tu tñ illicita affectare pietate: transito fluuio: modi cum te progressa3 textrices orabunt anus telam struẽtes: manus paulisper accõmodes: nec id tñ tibi cõtingeť fas ẽ. Na3 hic oĩa tibi: & multa alia de Veneris insidiis orient: ut uel unam de manib⁹ cõmittas offulam? nec putes futile istud pollẽtatiũ damnũ leue: altera enim p̃dita: lux hæc tibi prorsus denegabitur. Canis nãq3 prægrandis triugo & satis amplo capite præditus ĩmanis: & formidabilis: conantib⁹ obla trans faucibus: mortuos qbus iam nil mali põt facere frustra territando: ante ipsum limẽ & atra atria p̃serpinæ semp excubans: seruat uacuã3 ditis domũ: hũc offrenatũ unius offulæ preda: facile præteribis ad ipsam q3 p̃tinus Proserpina3 introibis: quæ te comiter excipiet: ac benigne: ut & molliter assidere: & prandiũ opipare suadeat sumere. Sed tu & humi reside: & panem sordidum petitu: esto: deinde nuntiato quid aduenieris. Susceptoq3 qđ efferetur: rursus remeans: canis seuitiem: offula reliqua redime: ac deinde auaro naute data quam reseruaueras stipe: transitoq3 eius fluuio: recalcans priora uestigia: ad istum cælestium siderum redies chorum. Sed inter oĩa: hic obseruandum præcipue tibi censeo: ne uelis aperire uel inspicere illam: quam feres pyxidem: uel oĩno formositatis diuinæ abditũ cures thesauru3. Sic turris illa uel propitia uaticinationis munus explicuit. Nec morata Psyche pergit tenarum: sumptisq3 rite stipibus illis: & offulis: ĩ fernum decurrit meatum: transitoq3 per silentium asinario debili: & amnica stipe uectori data: neglecto supernatantis mortui desiderio: & spretis textricum subdolis precib⁹: & offulæ cibo sopita canis horrendi rabie: domum proserpinæ penetrat: nec offerentis hospite sedile dedicatum: uel cibum beatum amplexa: sed ante pedes eius residẽs humilis: & cibario pane contenta: ueneriam pertulit legationem. Statiq3 secreto repleta3 conclusa mq3 pyxidẽ suscipit: & offulæ sequẽtis fraude caninis latratib⁹ obseratis: residuaq3 nauitæ reddita stipe: longe uegetior: ab inferis recurrit: & repetita atq3 adorata candida ista

offrenatum

luce: q̄q̄ festinans obsequium terminare: mente capitur temeraria cū riositate. Et ecce inquit inepta ego diuinæ formositatis gerula: quæ nec tantillum quidem indidem mihi delibo. uel sic illi amatori meo formoso placitura. Et cum dicto referat pyxidem. nec quicq̄ ibi rei nec formositas ulla: sed infernus somnus ac uere stygius qui statim coperculo reuelatus: inuadit eam crassi soporis nebula: cunctis eius membris p̄funditur & ī ipso uestigio: ipsaq3 semita cōlapsa3 possidet & iacebat īmobilis: & nihil aliud q̄ dormiens cadauer. Sed cupido ia3 cicatrice solida reualescens: nec diutinam sue Psyches absentiam tolerans: per arctissimam cubiculi: quo cohibebatur: elapsus fenestram: refectisque pinnis aliquanta quiete longe uelocius ꝓuolans. Psychē accurrit suam. Detersoq3 somno curiose: & rursum in pristinam pyxidis sedē recondito. Psychen innoxio punctulo suæ sagittæ suscitat Et ecce inquit rursum perieras misella simili curiositate. Sed interi3 quidem tu prouinciam quæ tibi matris meæ præcepto mandata est. exequere gnauiter: cætera egomet uidero. His dictis amator leuis in pinnas se dedit. Psyche uero confestim Veneri munus reportat Proserpinæ. Interea Cupido amore nimio peresus: & ægra facie matris suæ repentinam sobrietatem pertimescens: ad armile redit: alisq3 pernicibus cæli penetrato uertice: magno Ioui supplicat: suamque causam probat. Tunc Iuppiter perpressa Cupidinis buccula: manuque ad os suum relata: consauiat: atque sic ad illum. Licet tu inqt dominæ fili: nunq̄ mihi concessu deū: decretū seruaris honorem. sed istud pectus meum: quo leges elementoꝝ & uices siderū disponuntur: cō uulneraris assiduis ictibus: crebrisq3 terrenæ libidinis fœdaueris casibus: contraq3 leges & ipsam Iuliam: disciplinamq3 publicam: turpibus adulteriis: existimationē famamq3 meam læseris: ī serpētes: in ignes: in feras: in aues. & gregalia pecua serenos uultus meos sordide reformando. Attamen modestiæ meæ memor: quodq3 inter istas meas manus creueris: cuncta perficiam. dum tamen scias æmulos tuos cauere. Ac si qua nunc in terris puella præpollet pulchritudīe: præsentis beneficii uicem per eam mihi repensare te debere. Sic fatus iubet Mercuriū deos omnes ad contionem conuocare ꝓtinus. Ac si q cœtu cælestium defuisset: in pœnam decē milium nūmorum conuentū iri ꝓnūciare. Quo metu statim completo cælesti theatro: pro sede sublimi sedens procerus Iuppiter sic enūciat. Dei conscripti musarū aluo adolescentē istū: quē manibus meis alūnatus su3: profecto scitis oēs cuius primæ iuuentutis caloratos impetus freno quodam coercēdos

De curiositate psyches

ad armile redit

oro Jovis ad cupidinem indulge

Juppiter ad deos

existimaui: sat est quotidianis eum fabulis: ob adulteria cunctasq; corruptelas infamatum: tollēda ē omnis occasio: & luxuria puerilis nuptialib⁹ pedicis colliganda. Puellaꝫ elegit & uirginitate priuauit: teneat: possideat amplexus Psychen: semper suis amoribus ꝑfruat: & ad Venerem collocata facie. Nec tu inquit filia: qcq̄ contristar̄: nec prosapiæ tantæ tuæ: statuiq; de matrimonio mortali metuas. Iaꝫ faxo nuptias non impares: sed legitimas: & iure ciuili congruas: & illico per Mercurium arripi Psychen & in cælum perduci iubet: porrecto ambrosiæ poculo: Summe inquit Psyche: & immortalis esto: nec unq̄ digredietur a tuo nexu cupido: sed iste uobis erunt perpetuæ nuptiæ. Nec mora cum cœna nuptialis affluens exhibetur. Accūbebat summum torum maritus. Psychen gremio suo complexus: sic & cū sua Iunone Iuppiter. Ac deinde per ordinem toti dei. Tunc poculuꝫ nectaris: qd̄ uinum deorum est. Ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer: cæteris uero Liber ministrabat. Vulcanus cœnaꝫ coquebat: horæ rosis & cæteris florib⁹ purpurabant oīa: gratiæ spargebant balsama: musæ quoq; canora personabant. Apollo cantauit ad citharam. Venus suaui musicæ superingressa: formosa saltauit: scena sibi sic concinnata: ut musæ quidem chorum canerent: tibias inflaret: Satyrus: & Paniscus ad fistulam diceret: sic ecce Psyche conuenit in manum cupidinis: & nascitur illis maturo partu? filia quam uoluptatē nominamus. Sic captiuæ puellæ delira & temulenta illa narrabat anicula. Sed astans ego non procul dolebam me Hercules qd̄ pugillares & stilum non habebam qui tam bellam fabellam prænotarem? Ecce cōfecto nescio quo graui prælio: latrones eueniunt onusti: nōnulli tñ īmo promptiores: uulneratis domi relictis: & plagas recurantibus? ipsi ad reliquas occultatas ī quadaꝫ spelūca sarcinas? ut aiebant proficisci gestiunt: prandioq; raptim turbucinato: me & equum uectores rerum illaꝝ futuros fustibus exinde tundentes: ꝓducunt ī uiam: multisq; cliuis & āfractibus fatigatos: ꝓpe ipsaꝫ uesperam ꝓducunt ad quampiaꝫ spelūcaꝫ: unde multis onustos rebus: rursum ne breuiculo qdē tꝑe refectos obiter reducūt. tantaq; trepidatiōe festinabant: ut me plagis multis obtūdētes: ꝓpellētesq;: sup lapidē ꝓpe uiā positū deicerēt: unde crebris æque īgestis ictib⁹: dextero crur̄: & ungula sinistra me debilitatū ægre ad exurgēdū cōpellūt: & imus quousq; inquit ruptū istū asellū: nunc etiaꝫ claudū: frustra pascem⁹? & alius: quid qd̄ & pessimo pede domum nostram accessit: nec quicq̄ idonei lucri exīde cœpimus? sed uulnera & fortissimoruꝫ occisiōes?

Psyche nā sua mōtalis uolūtate Iouis facta immōtalis. & diuinitate donata.

Nuptiæ inter psychen & Cupidinem celebratæ.

poculū nectaris: qd̄ uinū deorū ē.
Liber.
Vulcanus.
Horæ.
Gratiæ

paniscus ad fistulā diceret.

Voluptas psyches et cupidinis filia.

prādio raptī turbucinato.

Alius iterũ: certe ego cũprimũ ſarcinas iſtas: q̃q̃ inuitus pertulerit: protinus eum uulturiis gratiſſimum pabulum futurũ præcipitabo Dũ ſecũ mitiſſimi homines altercant de mea nece: iam & domũ pue/ neramus. nam timor ungulas mihi alas fecerat. tum quæ ferebamus amoliti properiter: nulla ſalutis noſtræ cura. ac ne meæ quidem necis habita: comitibus adſcitis qui uulnerati remanſerant: dudum recur rũt: relaturi tœdia: ut aiebant noſtræ tarditatis. nec me tamen medio cris carpebat ſcrupulus contẽplatione cõminatæ mihi mortis: & ipſe mecum. Quid iſtas luci: uel q̃d iam nouiſſimũ expectas? Mors & hic acerbiſſima: decreto latronũ tibi cõparata eſt. nec magno conatu res indiget. uides iſtas ruinas proximas & præacutas in his præminẽ/ tes ſilices: quæ te penetrantes qua decideris: mẽbratim diſſipabũt. naꝫ & illa ipſa præclara magia tua: non uultum: laboreſq; tibi tantũ aſi/ ni. uerꝫ coriũ non aſini craſſum: ſed hirũdinis tenuæ mẽbranulũ cir/ cũdedit. Quin igitur maſculũ tandẽ ſumis animũ: tuæq; ſaluti: duꝫ licet conſulis. habes ſũmam opportunitatem fuge dũ latrones abſũt An cuſtodiam anus ſemimortuæ formidabis? quaꝫ licet claudi pedis tui calce unica finire poteris. Sed quo gentiũ capeſſetur fuga. uel ho ſpitiũ quis dabit? Hic quidẽ inepta: & prorſus aſinina cogitatio. qs enim uiantiũ uectorem ſuum non libenter auferat ſecuꝫ. & alacri ſta tim niſi lorum quo fueram deſtinatus: abrumpo. meq; quadrupedi curſu proripio. nec tamen aſtutulæ anus miluinos oculos: effugere potui. Nam ubi me conſpexit abſolutum: capta ſuper ſexũ & ætateꝫ audacia: lorum præhendit: ac me deducere ac reuocare contendit. nec tamen ego memor exitiabilis propoſiti latronum: pietate ulla cõmo/ ueor ſed incuſſis in eam poſteriorum pedum calcibus: protinus ad/ plaudo terræ. At illa quanuis humi proſtrata. tamen tenaciter loro inhærebat: ut me procurrente aliq̃tiſper tractu ſui ſequeretur: & oc/ cipit ſtatim clamoſis ululatibus auxiliũ ualidioris manus iplorare. ſed fruſtra fletibus caſſũ tumultũ cõmouebat. quippe cum null' ad/ foret: qui ſuppetias ei ferre poſſet: niſi ſola illa uirgo capticia: quæ uocis exitu procurrens: uidet hercules memorandi ſpectaculi ſcenaꝫ non tauro: ſed aſino dependentẽ directæ aniculam: ſũptaq; cõſtantia uirili: facinus audet pulcherrimũ. extorto etenim loro manibus ei' me placitis gannitibus ab impetu reuocatum: gnauiter inſcẽdit. & ſic ad curſum rurſum incitat. ego ſimul uoluntariæ fugæ uoto: & libe randæ uirginis ſtudio. ſed & plagarum ſuaſu: quæ me ſpicule com monebant: equeſtri celeritate: quadrupedi curſu ſolum replaudens:

Hirudinis tenue membranulũ.

uirginis delicatas uoculas: adhīnire tēptabam: ſed & ſcalpendi dorſi mei ſimulatione: nonnunq̄ obliquata ceruice pedes decoros puellæ baſiabam. Tunc illa ſpirans altius: cælumq3 ſollicito nutu petens. Vos inqt ſuperi tandē mei ſupremis periculis: opem facite: & tu fortuna durior: iam ſeuire deſine: ſat tibi miſeris iſtis cruciatibus meis litatum ē! tuq3 præſidiū meæ libertatis: meæq3 ſalutis: ſi me domuꝫ ꝓuexeris īcolumē: parentibuſq3 & formoſo proco reddideris: quas tibi gratias ꝓhibeo! quos honores habebo! quos cibos exhibebo! Iam primū iubam iſtam tuaꝫ ꝓbe pectinatam meis uirginalibꝰ monilibꝰ adornabo: frontem uero criſpatam: priꝰ decoriter diſcrimīabo. Caudeq3 ſetas incuria congeſtas: & horridas compta diligētia perpolibo: bulliſq3 te multis aureis īnoculatum: ueluti ſtellis ſidereis relucentem: & gaudiis populariū pōparū ouantem: ſinu ſerico ꝓgeſtans nucleos: edulia mitiora: te meū ſoſpitatorē quotidie ſaginabo. Sed nec inter cibos delicatos: & otiū profundū: uitæq3 totius beatitudinem: deerit tibi dignitas glorioſa: nam memoriaꝫ præſentis fortunæ meæ: diuīæq3 prouidētiæ ꝓpetua teſtatione ſignabo: & depictam in tabula fugæ præſentis imaginē: meæ domus atrio dedicabo. Viſet: & īfabulis audietur doctorūq3 ſtilis: rudis ꝓpetuabit hiſtoria. A ſino uectore uirgo regia fugiens captiuitatē. Accedes antiquis & ipſe miraculis credemus etiam exēplo tuæ ueritatis: & Phryxū arieti ſupernataſſe: & Arionem delphino gubernaſſe: & Europam tauro ſupercubaſſe. Quod ſi uere Iuppiter mugiuit in bouem: pōt in aſino meo latere aliquid: uel uultus hominis: uel facies deorum. Dū hic identideꝫ puella replicat: uotiſq3 crebros intermiſcet ſuſpiratus! ad quoddam peruenimus triuiū: unde me arrepto capiſtro dirigere dextrorſum magnopere geſtiebat: qđ ad parentes eiꝰ ea ſcilicet iret uia. Sed ego gnarus latrones illa: ad reliquas cōmeaſſe prædas! renitebar fortiter: atqꝫ ſic in aīo meo tacitus expoſtulabam. Quid facis infœlix puella: quid agis: cur feſtinas ad orcū! qd meis pedibus facere cōtēdis Non.n.tantū uerū etiā me ꝓditū ibis. Sic nos diuerſa tēdētes & in cauſa finali: de proprietate ſoli: īmo uiæ herciſcūde contendentes: rapinis ſuis onuſti coram deprehēdūt ipſi latrones: & ad lunæ ſplēdorē: iam īde longius cognitos: riſu maligno ſalutant: & unus e numero ſic appellat! quorſum iſtam feſtinanti ueſtigio lucubratis uiam nec noctis īntempeſtæ manes: laruaſq3 formidatis: An tu ꝓbiſſima puella pentes tuos interuiſere properas! Sed nos & ſolitudini tuæ præſidiū præbebimus: & compendioſum ad tuos iter monſtrabimus: & uerbum

ſinu ſerico

herciſcunde

compēdioſum iter

manu secut⁹: præhēso loro retrorsū me circūtorquet. nec baculi nodosi quē gerebat suetis ictib⁹ tēpat. Tūc īgratis ad ꝓmptū recurrens exitiū: reminiscor doloris ungulæ: & occipio nutanti capite claudicare. Sed ecce īqt ille q me retraxerat: rursū titubas & uacillas & putres isti tui pedes fugere pñt: ambulare nesciūt. At paulo añ pīnatam pegasi uīcebas celeritatē. Dū sic mecū: fustē quatiēs benignus uocatur comes. iam domus eoꝝ extremam loricam ꝑueneram⁹. & ecce d' quodam ramo ꝓceræ cupressus: īduta laqueū anus illa pēdebat. Quam qdem detractam ꝓtinus cū suo sibi funiculo deuīctaꝫ dedere præcipitē puellaqꝫ statī distēta uīculis: cœnam quam postrema diligētia præꝑauerat īfœlix anicula: ferinis īuadūt aīs. Ac dū auida ferocitate cūcta cōtrūcant: iam incipiūt de nr̄a pœna suaqꝫ uīdicta secū cōsiderar̄ & utpote in cœtu turbulēto uariæ fuere snīæ. Vt primus uiuam cremari cēseret puellam. Secūdus bestiis obiici suaderet. Terti⁹ patibulo suffigi iuberet. Quartus tormentis excarnificari præcipet. Certe calculo cūctoꝝ utcūqꝫ mors ei fuerat destinata. Tūc unus oīuꝫ sedato tumultu placido sermōe sic orsus ē. Nec sectæ collegii: nec mansuetudini singuloꝝ: ac ne meæ qdem modestiæ congruit: pati uos ultra modū delictiqꝫ sæuire terminū: nec feras nec cruces nec ignes nec tormēta ac ne mortis qdē maturatæ festinas tenebras accesser̄: meis itaqꝫ cōsiliis auscultantes uitam puellæ. sed quam meretur: largimini. nec uos mēoria deseruit utiqꝫ: qd iam dudū decreueritis de isto asino: sꝑpigro qdē: sed manducōe sūmo. nūc ēt mēdaci: fictæ debilitatis & uirginalis fugæ sequestro ministroqꝫ. Hūc igitur iugulare crastīo placeat: totisqꝫ uacue facto præcordiis ꝑ mediam aluū nudam uirginem quam prætulit nobis: insuere: ut sola facie ꝓminēte cæteꝝ corpus puellæ nexu ferino coerceat. Tūc sup aliqd' saxū scrupulosū insititiuꝫ & fartilē asinū expōere. & solis ardētis uaporib⁹ tradere. Sic. n. cūcta quæ recte statuistis: ambo sustinebūt & mortē asinus: quam pridem meruit: & illa morsus feraꝝ cū uermibus mēbra laniabūt & ignis flagrantiam cū sol nimiis caloribus inflamarit uteꝝ: & patibuli cruciatū: cū canes & uultures intima ꝓtrahēt uiscera. Sed & cæteras ei⁹ erūnas & tormentas nūerare: mortuæ bestiæ ipsa uiuēs uentrē habitabit Tū fœtore nimio nares estuabūt: mediæ diutinæ lætali fama tabescet nec suis saltem liberis manibus mortē sibi fabricare poterit. Talibus dictis: non pedibus: sed totis animis latrones in eius uadunt sentētiaꝫ quam meis tam magnis auribus accipiens. quid aliud? q̄ meuꝫ crastinum deflebam cadauer.

domus eoꝝ extremā loricā

sequestro.

saxū scruposum.

Insititiū & fartilē asinū.

EIVSDEM LIBER SEPTIMVS DE ASINO AVREO.

dies inalbebat.

T primũ tenebris abiectis dies ĩalbebat: & candidũ solis curriculũ: cũcta cõlustrabat? qdam de numero latronũ ꝑuenit: sic.n. mutuæ salutationis officiũ ĩdicabat: is in prĩo spelũcæ aditu residẽs: & ex anhelitu recepto spũ? talẽ collegio suo nũtiũ fecit. Quod ad domũ milõis hyppatini: quã ꝓxĩe diripuim⁹: ꝑtinet: discussa solicitudĩe iam possum⁹ eẽ securi. Postq̃ uos .n. fortissimis uiribus: cũctis ablatis; castra nostra remeastis: ĩmixtus ego turbulis popularium: dolentiq3 atq3 ĩdignanti similis arbitrabar? sup inuestigatiõe facti: cuiusmodi cõsiliũ caperet: & an: & quatenus latrones placeret inqri: renũtiaturus uobis? ut mandaueratis oĩa: nec argumẽtis dubiis? sed rationib⁹ ꝓbabilibus: cõgruo cunctæ multitudinis cõsensu: nescio q Lucius auctor manifestus facinoris postulabat: qui ꝓximis diebus: fictis cõmẽdaticiis litteris: miloni sese: uiꝝ cõmẽtitus bonũ: artius conciliauerat: ut etiam hospitio susceptus: ĩter familiares intimos haberetur. Plusculisq3 ibidẽ diebus demoratus falsis amoribus ancillæ milonis aĩmũ irrepẽs? Ianuæ claustra sedulo explorauerat: & ipsa mẽbra: inqs omne patrĩoniũ cõdi solebat: curiose ꝑspexerat. Nec exiguum scelerati mõstrabat indiciũ: qppe cũ eadẽ nocte: sub ipso flagitii momẽto? idẽ profugisset: nec exĩde usq̃ cõpareret: nam & præsidium fugæ: quo uelocius frustratis insecutoribus: procul ac procul abderet sese: eidẽ facile suppeditasse: equũ namq3 illũ suũ candidũ uectorem futuꝝ duxisse secũ plane seruum eius ibidẽ in hospitio repertũ: scelerũ consiliorũq3 heriliũ futurum indicere? ꝑ magistratus ĩ publicam custodiam receptũ: & altero die tormẽtis uexatu3 pluribus: ac pene ad ultimam mortẽ excarnificatũ? nil qcq̃ rerũ taliũ esse cõfessum? missos tñ in patriam Lucii illius multos numero. Qui reũ pœnas daturum sceleris inqrerẽt? Hic eo narrante: ueteris fortunæ: & illius beati Lucii: pñtisq3 ærũnæ & in fœlicis asini facta cõparatiõe medullitus ingemebam. Subibatq3 me nõ de nihilo ueteris priscæq3 doctrinæ uiros finxisse: ac pronũciasse: cœcam & prorsus exoculatam esse fortunam: quæ semper suas opes ad malos & indignos cõferat: nec unq̃ iudicio: quenq̃ mortalium eligat: ĩmo uero cũ his potissimum diuersetur? quos procul si uideret: fugere deberet: quodq3 cunctis est extremus: uarias opiniones: ĩmo contrarias nobis attribuat: ut &

medullitus.

Nota de Fortuna

malus boni uiri fama glorietur: & īnocētiſſimus contra noxiorū ore plectatur. Ego deniq3 quem ſæuiſſimus eius impetus in beſtiam extremæ ſortis quadrupedē deduxerat: cuiuſq3 caſus etiam cuiuis iniqſſimo dolēdus atq3 miſerandus merito uideret: crimine latrocinii: ī hoſpitē mihi cariſſimū poſtulabar. Quod crimē non modo latrocinium: uerū etiam parricidiū: quiſq3 rectius noīaret. nec mihi tñ licebat cauſam meam defendere: uel unico uerbo ſaltē denegare. Deniq3 ne mala conſcīa tam ſceleſto crimini præſens uiderer ſilētio cōſentire Hac tantū īpatientia productus: uolui dicere: nō feci: & uerbū qdem præcedens: ſemel ac ſæpius īmodice clamitaūi. ſequēs uero nullo pacto diſerere potui. ſed in prima remanſi uoce. & idētidē boaui: nō: nō quanq̄ nimia rotūditate pēdula uibraſſem labia. ſed qd ego pluribus de fortunæ ſæuitate conqueror? q̄q̄ nec iſtud puduit me cum meo famulo: meoq3 uectore illo equo factum conſeruū atque coniugē. Talibus cogitationibus fluctuantem: ſubiit me illa cura potior qua ſtatuto conſilio latronū: manibus uirginis decretam me uictimaq3 recordabar: uentrem crebro ſuſpiciens meū: iam miſellam puellam pturiebam: Sed ille qui cōmodū falſam de me notoriaq3 ptulerat: exp̄mptis mille aureis quos in ſinu laciniæ cōtexerat: quoſq3 uariis uiatoribus detractos: ut aiebat p̄ ſua frugalitate cōmuni conferebat arce: inſit ēt de ſalute cōmilitonū ſollicite ſciſcitari: cognitoq3 quoſdaq3 immo uero fortiſſimū quēq3: uariis quidem. ſed in pigris caſibus adoppetiſſe ſuadet tantiſp̄ pacatis itineribus omniū præliorū ſeruatis induciis in quiſitionibus cōmilitonū potius inſiſteretur. & tyrocinio nouæ iuuētutis: ad priſtinæ manus numerū: Martiæ cohortis facies integraret. naq3 & iuitos terrore cōpelli: & uolētes præmio p̄uocari poſſe nec paucos humili ſeruiliq3 uitæ renūciantes: inſtar tyrannicæ poteſtatiſ ſectam ſuam cōferre malle. Se quoq3 iam dudū p̄ ſua parte quēdam conueniſſe hominem: & ſtatu procerū & ætate iuuenē & corpe uaſtū & manu ſtrenuū: eiq3 ſuaſiſſe: ac deniq3 perſuaſiſſe ut manus hebetas diutina pigritia tandem referret ad frugem meliorem: bonoq3 ſecundæ dum poſſet: frueretur ualitudinis. nec manū ualidam erogandæ ſtipi porrigeret. Sed hauriendo potius exerceret auro. Talibus dictis uniuerſi oēs aſſenſere. & illū q iam cōprobatus uideretur aſciſci & alios ad ſupplendum numerum ueſtigare ſtatuunt. tūc profectus & paululum cōmoratus ille: perducit īmanem quendam iuuenē uti fuerat pollicitus. neſcio an ulli præſentiū cōparandū: nam præter cæteram corpis molē toto uertice: cunctos antepollebat. & ei cōmoduq3

crimine latrocinij poſtulabar.

notoriam.

adoppetiſſe.

toto uertice cūctos ānpollebat.

Lanugo malis inserpebat centumculis disparibus.

lanugo malis inserpebat : sed plane centumculis disparibus : & male consarcinatis semi amictuꝫ: inter quos: pectus & uenter crustata crassitie reluctabant: sic introgressus: auete inquit fortissimo deo Marti clientes: mihiqꝫ iam fidi commilitones : & uirum magnanimæ uiuacitatis uolentem: uolentes accipite: libentius: uulnera corpore excipientem: q̄ aurum manu suscipientem: ipsaqꝫ morte: quam formidant alii meliorem : nec me putetis egenum : uel abiectum : neue de pannulis istis uirtutes meas estimetis : nam præfui ualidissimæ manui : totamqꝫ prorsus deuastaui Macedoniam. Ego sum prædo famosus : Hemus ille thracius : cuius totæ prouintiæ nomen horrescunt patre therone atqꝫ latrone inclyto prognatus: humano sanguine nutritus. Interqꝫ ipsos manipulos factionis educatus : heres & æmulis uirtutis paternæ : sed omnem pristinam sotiorum fortium multitudinem : magnasqꝫ illas opes: exiguo temporis amissi spatio ? nam ꝓcuratorem principis: ducenaria perfunctum : dehinc fortuna tristiore decussum : prætereunte me orato fueram aggrestus. Sed rei noscendæ carpo ordinem. Fuit quidam multis officiis in aula Cæsaris clarus : atqꝫ conspicuus : ipsi etiam probe spectatus. Hunc insimulatum quorundam astu proiecit extorrem : sæuiens inuidia : sed uxor eius Plotina quædaꝫ: raræ fidei atqꝫ singularis pudicitiæ fœmina : quæ decimo partus stipendio : uiri familiam fundauerat : sumptis atqꝫ contemptis urbicæ luxuriæ deliciis : fugientis comes & infortunii sotia : tonso capillo : in masculinam faciem reformato habitu : preciosissimis monilium : & auro monetali zonis refertis incincta : inter ipsas custodientium militum manus & gladios nudos intrepida : cunctorum periculorum particeps : & pro mariti salute ꝑuigilem curam sustinens : ærumnas assiduas ingenuo masculo sustinebat. Iamqꝫ plurimis itineris difficultatibus : marisqꝫ terroribus exanclatis : Zacynthum pctebat : quam sors ei fatalis decreuerat tēporariam sedem. Sed cumprimum littus actiacum : quo tunc Macedonia delapsi grassabamus : appulisset ? nocte promota tabernulam quandam littori : nauiqꝫ proximam : uitatis maris fluctibus incubabat : inuadimus & dirripimus omnia : nec tamen periculo leui temptati discessimus. Simul namqꝫ primum sonum ianuæ matrona percepit : procurrens in cubiculum clamoribus inquietis cuncta miscuit: milites suosqꝫ famulos nominatim: sed & omnem uiciniam suppetiatum conuocans : nisi quod pauore cunctorum quē sibi qsqꝫ metuentes delitescebant ? effectum est ? ut impune discederem⁹ :

de pannulis istis.

Hemus thracius prędo prē Therone.

Sed protinus ſanctiſſima: uera enim dicenda ſũt & unicæ fidei fœmĩa bonis artibus gratioſa: precibus ad Cæſaris numen porrectis: & mari to reditũ celerẽ: & aggreſſuræ plenam uindictam impetrauit. Dẽiq3 noluit eſſe Cæſar Hemi latronis collegium: & cõfeſtim interibit: tan tum poteſt nutus etiam magni principis: tota denique factione mili/ tarium uexillationum indagatu conſecta atque conciſa: ipſe me fu/ ratus ægre ſolus mediis orti faucibus ad hunc euaſi modum. Sũpta ueſte muliebri floridam ſinus floccidos abundante: mitellaq3 textili contecto capite calceis fœmininis: albis illis & tenuibus indutus. & in ſequiorem ſexum incertus atq3 abſconditus: aſello ſpicas ordeaceas gerenti reſidens: per medias acies infeſti militis tranſabii: unam muli erem putantes aſinariam: cõcedebant liberos aditus. quippe cum mi/ hi etiam tunc depiles genæ: leui pueritia ſplendicarẽt: nec ab illa tamẽ paterna gloria: uel mea uirtute deſciui. quanq̃ ſemitrepid⁹ iuxta mu crones martios conſtitutus ſed habitus alieni fallacia tect⁹: uillas ſeu caſtella ſol⁹ aggrediens: uiaticulũ mihi corraſi. Et diloricatis ſtati pannulis in medium profudit duo milia aureorum. & en inquit iſta3 ſportulam: immo uero dotem ueſtro collegio libens: meq3 uobis du cem fidiſſimum. Si tamen non recuſatis: offero breuis temporis ſpa/ cio lapideam iſtam domum ueſtram facturus auream. Nec mora nec cunctatio. ſed calculis omnĩbus ducatum latrones unanimes ei deferre: ueſtemq3 lautiuſculam proferunt: ſumeret abiecto centũcu lo diuite: ſic reformatus ſingulos exoſculatus: & in ſummo puluina ri locatus: cœna & poculis magnis inauguratur. Tũc ſermonib⁹ mu tuis de uirginis fuga: deq3 mea uectura & utriq3 deſtinata mẽſtroſa morte cognoſcit. & ubi locorũ eſſet illa percontatus: deductuſq3 ui/ ſa ea ut erat uinculis onuſta: contorta & uituperanti nare diſceſſit. & non ſum quidem tam brutus uel certe temerarius inquit: ut ſcitum ueſtrum inhibeam. ſed male conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo: ſi quod bonum mihi uidetur: diſſimulauero. ſed prius fiduciam ue/ ſtri cauſa ſolicito mihi: tribuite cum præſertim uobis ſi ſentẽtia hæc mea diſplicuerit: liceat rurſus ad aſinum redire. Nam ego arbitror la trones: quiq3 eorum recte ſapiunt: nihil anteferre lucro debere ſuo. Ac ne ipſam quidem ſæpe & aliis damnoſam ultionem. Ergo igitur ſi perdideritis in aſino uirginem? nihil amplius q̃ ſine ullo cõpendio indignationẽ ueſtram exercueritis: qn ego cenſeo deducẽdam ea3 ad quampiam ciuitatem: ibiq3 uenũdanda3. nec enĩ leui precio diſtrahi poterit talis ætatula: nam & ipſe quoſdam lenões pridẽ cognitos hẽo

mitellaq3 textili.

quorum poterit unus: magnis equidem talenti ſ ut arbitror puellaꝫ iſtam præſtinare cõdigne natalibus ſuis fornicẽ ꝓceſſuram: nec in ſimilẽ fugam diſcurram: non nihil etiam cum lupanari ſeruierit uindictæ uobis depenſuram: hanc ex animo quidem meo ſententiam conducibilẽ protuli. Sed uos noſtrorꝫ eſtis conſiliorum rerumqꝫ domini. Sic ille latronũ fiſci aduocat' ¦ noſtram cauſam ꝓtulerat: uirginis & aſini ſoſpitator egregi' : ſed ĩ diutĩa deliberatiõe cæteri cruciantes: mora cõſilii: mea præcordia: ĩmo miſerũ ſpiritũ: libẽtes tandẽ nouitii latronis accedunt ſententiæ : & protinus a uinculis exoluunt uirginem : quæ quidem ſimul uiderat illum iuuenem: fornicisqꝫ & leonis audierat mentionẽ¦ cæpit riſu lætiſſimo geſtire: ut mihi merito ſubiret uituperatio totius ſexus: cũ uidere⁊ puellaꝫ proci iuuenis amore : nuptiarũqꝫ caſtarum deſiderio ſimulato lupanaris ſpurci ſordidiqꝫ: ſubito delectari nomine: & tunc quidem totaꝝ mulierum ſecta: moreſqꝫ de aſini pendebant iuditio. Sed ille iuuenis ſermone repetito. Quin igitur inquit ſupplicatum Marti comiti pergimus¦ & puellam ſimul uendituri: & ſotio indagaturi¦ ſed ut uideo nullus uſpiam pecus ſacrificatui . Ac ne uinum quidẽ potaui affatim uel ſufficiens habemus: decem itaqꝫ mihi legatæ comites: quis contẽtus¦ proximũ caſtellum petam: inde uobis epulas & alias res cõparatur' : ſic eo profecto: cæteri copioſum inſtruunt ignẽ: aram ceſpite uirenti Marti deo faciunt¦ nec multo poſt adueniunt illi: uinarios utres ferentes & gregatim pecua comminantes : unum prælectum grandem hircum: annoſum: & horricomẽ Marti ſecutori comitiqꝫ uictimant: & ilico prandium fabricatur opipare. Tunc hoſpes ille: nõ modo inquit expeditionum prædarumqꝫ: uerꝫ etiam uoluptatũ ueſtraruꝫ ducem me ſtrenuum ſentire debetis: & aggreſſus inſigni facunditate gnauiter cũcta præminiſtrat: uerrit: ſternit: coquit: tucceta cõcinat: apponit ſatule : ſed præcipue poculis crebris : grandibuſqꝫ ſingulos ingurgitat. Interdum tamẽ inſimulatione promendi quæ poſcebat: uſus: ad puellaꝫ commeabat aſſidue: parteſqꝫ ſubreptas clanculo : & præguſtatas a ſe potiones : offerebat hylaris. At illa ſumebat appetenter : & nonnunq̃ baſiare uolenti: promptis ſauiolis adlubeſcebat: quæres oppido mihi diſplicebat. Hem oblita es nuptiarum: tuiqꝫ mutui cupitoris puella uirgo: & illi neſcio cui recenti marito quem tibi parentes iunxerunt : hunc aduenam cruentumqꝫ percuſſorem præponis¦ Nec te conſcientia ſtimulat¦: ſed affectione calcata inter lanceas & gladios iſtos ſcortari tibi libet¦ quid ſi quo modo cæteri

vinarios utres.

victimat.

apponit ſatule.

adlubeſcebat.

affectione calcata.

latrones persenserint: non rursum recurres ad asinum: & rursum exi tiũ mihi parabis? re uera ludis de alieno corio. Dũ ista syncophan ta ego mecum maxima cum indignatione disputo: de uerbis eorum quibusdam dubiis. sed non obscuris prudẽti asino: cognosco nõ He mum illum prædonem famosum. sed Lepolemum sponsum puellæ ipsius: Nam procedente sermone: paulo iam carius: contempta mea præsentia quieuere mortui: bono animo es inquit. Charite dulcissi ma: nam totos istos tuos hostes statim captiuos habebis: & ĩstanti ua lidiore uiuum iam immixtum: sed modico tepefactum uapore: sau ciis illis & crapula uinolentiaq; madidis: ipse Abstemius non cessat ĩ pingere & Hercules suspicionem mihi fecit: quasi soporiferũ quod dam uenenum cantaris immisceret illis. cuncti denique sed prorsus omnes uino sepulti: iacebant omnes partim parati morti. Tũc nullo negocio arctissimis uinculis impeditis: ac pro arbitrio suo cõstrictis illis: imposita dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam.

Quam simul accessimus: tota ciuitas ad uotiuum conspectum ef funditur: procurrunt parentes: affines: clientes: alumni: famuli læti faciem: gaudio delibuti: pompam cerneres omnis sexus & omnis ætatis: nouũq; & Hercules memorandum spectamen: uirginẽ asino triũ phantem. Deniq; ipse etiam hilarior pro uirili parte: ne præsenti ne gocio ut alienus discreparem: porrectis auribus: proflatisq; narib⁹: rudiui fortiter: immo tonanti clamore personui. & illam thalamo re ceptam: commode parentes sui fouebant. Me uero cum ingenti iu mentorum: ciuiumque multitudine: confestim retro Lepolem⁹ age bat: non inuitum nam & alias curiosus & tunc latronum captiuitatis spectator optabam fieri quos quidem colligatos adhuc uino magis q̃ uinculis depræhendimus. Totis ergo prolatis erutisq; rebus & no bis auro & argento: cæterisque onustis ipsos partim constrictos uti fuerant: prouolutosque in proximas ripas præcipites dedere. Alios uero suis sibi gladiis obtruncatos reliquere. Tali uindicta leti & gau dẽtes ciuitatẽ reuenimus. & illas quidẽ diuitias publica custodela cõ misere. Lepolemo puellaq; repetitam lege tradidere. Exin meũ sospi tatorem nuncupatum matrona prolixe quæritabat: ipsoque nuptia rum die. præsepium meum ordeo passim repleri iubet: fenumque ca melo bactrino sufficiens apponi. Sed quas ego condignas Fotidi di ras deuotiones imprecer: quæ me formauit non canem: sed asinum. quippe cum uiderem: largissime cœnæ reliquiis: rapinisq; canes om nes mescatos atq; distentos: post unicam noctẽ & rudimẽta Veneris:

Lepolemus

gaudio delibuti.

qui curutabat prolixe.

recens nūpta gratias ſummas apud ſuos parentes: ac maritū mihi meminiſſe: non deſtitit: quoad ſummos illi promitterent honores habituri mihi: conuocatis deniq; grauioribus amicis conſilium datur: quo potiſſimum facto digne remuneraret. Placuerat uni: domi me concluſum: & otioſum: ordeo: lecto: fabaq; & uitia ſaginari. Sed obtinuit alius: qui meæ libertati proſpexerat: ſuadens ut rureſtribus potius campis in greges equinos laſciuiens diſcurrerem: daturus dominis: equaq; incenſu generoſo multas mulas alumnas. Ego igitur euocato ſtati armentario equi ſone magā cū præfatione deducēdus aſſignor: & ſane gaudens lætuſq; præcurreba; ſarcinis & cæteris iaq; nūc renūciaturus: Nactaq; libertate ueris initio: pratis herbantibus: roſas utiq; repturus aliquas: ſubibat me tamen illa etiam ſequēs cogitatio! q; tantis actis gratiis: honoribuſq; plurimis aſino meo tributis: hūana facie recepta: multo tanta: pluribus beneficiis honeſtarer. Sed ubi me procul a ciuitate gregarius ille perduxerat! mille delitiæ: ac ne ulla quidem libertas excipit. Nam protinus uxor eius auara quidem: neqſſimaq; illa mulier: molæ machinariæ ſubiugum me dedit: frondoſoq; baculo: ſubinde caſtigans: panē ſibi: ſuiſq; de meo parabat corio: nec tantum ſui cibi gratia: me fatigare cōtenta: uicinorum etiam frumēta mercēnariis diſcurſib⁹ meis conterebat: nec mihi miſero: ſtatuta ſaltem cibaria: pro tantis præſtabantur laboribus: Namq; ordeum meum frictum: & ſub eade; mola meis quaſſatū ambagib⁹: colonis proximis uenditabat: mihi uero per die; laborioſæ machinæ attento: ſub ipſa ueſpera furfures appōebat ī cretos ac ſordidos: multoq; lapide ſalebroſos. Talibus ærumnis edomitum: nouis fortuna ſæua cruciatibus tradidit: ſcilicet: ut qđ aiunt: domi foriſq; fortibus factis adoriæ plenæ gloriarer: equinis armentis: namq; me cōgregem paſtor egregius mandati dñici ſerius auſculator: aliquando pmiſit. At ego tandē liber aſinus: lætus & tripudians: graduq; molli geſtiēs æquas opportuniſſimas iam mihi: concubinas mihi futuras deligebam: ſed hic etiam ſpes hylarior in capitale proceſſit exitiū: mares. n. ob admiſſura; ueterē paſci ſatianter ac diu ſaginati terribiles alioqn: & utiq; quouis aſino fortiores de me metuentes ſibi: & adulterio degemen præcauētes: nec hoſpitalis Iouis ſeruato fœdere: riualē ſūmo furentes perſequuntur odio: hic elatis in altum uaſtis pectoribus: arduus capite: & ſublimis uertice: primoribus in me pugillatur unguis. Ille terga pulpoſis torulis obeſa conuertens: poſtremis uelitatur calcib⁹ alius hinnitu maligno cōminatus: remulſis auribus dētiūq;

degemen · pulpoſis torulis · uelitatur ·

cadentium renudatis hastis: totũ me cõmorsicat. Sic apud historiam de rege Thracio legeram: qui miseros hospites ferinis equis suis lacerando deuorandosq; porrigebat. Adeo præpotens ille tyrannus: sic parcus ordei fuit: ut edatium iumentoꝝ famem corpoꝝ humanorũ largitione sedaret. Ad eundem modum distractus & ipse uariis equorum ĩcursibus: rursus molares illos circuitus reqrebam. Veꝝ fortuna meis cruciatibus insatiabilis. aliam denuo mihi pestẽ ĩstruxit dele gor enĩ ligno monte deuehũdo: puerq; mihi præfectus imponit: omnium ille quidem puer deterrimus. nec me montis excælsi tantum arduum fatigabat iugum. nec saxeas tantum sudes incursando conturbabam ungulas: uerũ fustiũ quoq; crebris ictibus ꝑcliue dedolabar ut usq; plagaꝝ mihi medullaris insideret dolor: coxæq; dextræ semꝑ ictus incutiens: & unum feriendo locum: dissipato corio & ulceris latissimi facto foramine immo fouea uel etiam fenestra: nullus tamẽ desinebat identidem uulnus sanguine delibutum obtũdere: lignorũ uero tanto me præmebat pondere: ut sarcinæ molem elephanto non asino paratam putares. ille uero quotiẽs in alteꝝ latus præponderans declinarat sarcina cum deberet potius grauantis ruinæ fustes demere & leuata paulisper præssura sanare me: uel certe in alteruꝫ latus translatis peræquare: circa: lapidibus additis insuper: sic iniquitati ponderis medebatur. Nec tamen post tantas meas clades in modico sarcinæ pondere contentus: cum fluuium transcenderemus qui forte præter uiam defluebat. pedibus suis ab aquæ madore consulẽs: ipse quoq; insuper lumbos meos insiliens residebat: exiguum scilicet & illud tantæ molis super pondiũ. at si quo casu limo Cenoso ripæ suꝑcilio lubricante: oneris ĩpatientia ꝓlapsus deruissem: cum deberet egregiꝰ Agaso: manum porrigere: capistro suspendere: cauda subleuare: certam partẽ tanti ponderis: quoad resurgerẽ saltem. detrahere. nulluꝫ quidem defesso mihi ferebat auxilium. sed occipiens a capite: immo uero & ipsis auribus totuꝫ me compilabat cedit fuste grauissimo donec fomenti uice: meæ plagæ suscitarent. Idẽ mihi talẽ excogitauit ꝑniciem: spinas acerrimas & pũctu uenenato uiriosas: tortili nodo ĩ fascem constrictas: caudæ meæ pensilem delegauit cruciatũ: ut incessu modo commotæ incitatæq;: funestis aculeis infestæ me cõuulnerarẽt Ego igitur ancipiti malo laborabam. nam cum me cursu ꝓripueraꝫ fugiens acerbissimos incursus uehementiore nisu spinaꝝ feriebar si dolori parcens paululum restitissem: plagis cõpellebar ad cursũ. nec quicq̃ uidebatur aliud excogitare puer ille nequissimus: quaꝫ ut me

leuata pressura

madore

sup pondiũ

totũ me compilabat

punctu uenenato uiriosas

quoquomodo perditum iret: idq3 iurans: & non nunq̃ cõminabat: & plane fuit: qd eius detestabilem maliciam ad peiores conatus stimularet. Na3 quadam die: nimia eius insolẽtia expugnata patiẽtia mea: calces ualidos extuleram. Deniq3 tale facinus in me comminiscitur: stuppe sarcina me satis onustum: propereq3 funiculis cõstrictũ: producit in uiam: deq3 ꝓxia uillula spirantẽ carbũculũ furatus: oneris in ipso meditullio reponit. Iamq3 fomento tenus calescẽs: & enutrit' ignis: surgebat in flammas: & totu3 me funestus ardor ĩuaserat: nec ullum pestis extremæ suffugiũ: nec salutis aliqd apparet solatiu3: & ustria talis: moram nõ sustinet: sed meliora cõsilia præuertit. Sed in rebus sæuis adfulsit fortunæ nutus hylarior. Nescio an futuris periculis me reseruans: certe præsente statutaq3 morte liberans. Nam forte pluuiæ pridianæ recẽs cõceptaculũ aquæ lutulente ꝓximũ cõspicatus: ibi memet improuido saltu totũ abiitio: flammaq3 ꝓrsus extincta: tandẽ: & põdere leuat' : & exitio liberat' euado: sed ille deterrim' ac temerarius puer: hic quoq3 suu3 nequissimũ factũ in me retorsit: gregariisq3 omnib' affirmauit: me sponte uicinox foculos transeũtem titubanti gradu ꝓlapsum: ignẽ ultroneũ accessisse mihi etiam arridens addidit: quousq3 ergo frustra pascemus ignigenũ istum: nec multis interiectis diebus: longe peioribus me dolis petiuit: ligno enĩ quod gerebam: in ꝓximã casulam uendito: uacuũ me ducẽs: iam se nequitiæ meæ ꝓclamans ĩparẽ: miserrimũq3 istud magisteriũ ĩnuẽs querelas huiusmõi cõcinnat. Videtis istũ pigrũ tardissimũq3 & nimis asinum: me præcæteris flagitiis nũc nouis piculis etiam angit: ut quẽq3 n. uiatorẽ ꝓspexerit: siue illa sit uetula mulier: siue uiro nubilis: seu tener puellus: sese ilico disturbato gestamĩe: nõnunq̃ etiam ipsis stramẽtis abiectis furẽs incurrit: & homines amator talis appetit: & humi ꝓstratis illis inhians illicitas atq3 incognitas tẽptat libidines: & ferinas uoluptates auersam Venerẽ: ĩuitat ad nuptias: nam imaginẽ etiam sauii mẽtiẽdo: ore ĩprobo cõpulsat ac morsicat: quæ res nobis nõ mediocris lites atq3 iurgia: ĩmo forsitan & crimina pariet. Nũc etiam uisa q̃da3 honesta iuuene: ligno: qd deuehebat: abiecto: dispsoq3: ĩ eam furiosos dixerit ĩpetus: & festiu' hic amasio humo sordida ꝓstratam mulierẽ: ibidẽ ĩ corona omniũ gestiebat ĩscendere qd nisi ploratu gestuq3 fœmĩeo: cõclamatũ uiatox præsidium accurrisset: ac de mediis ungulis ipsius esset erepta: liberataq3 misera illa cõpauita atq3 dirupta ipsa quidem cruciabilẽ cladẽ sustinuisset: nobis uero penale reliquisset exitium. Talibus mẽdatiis admiscẽdo

Suffugiũ
Ustria
Amasio
compauita
penale exitiũ

sermones alios: qui meū uerecūdū silentiū: uehemētius præmerēt animos pastoꝝ in meam pniciem atrociter suscitauit. Deniqꝫ unꝰ ex illis. qn igitur publicū istum maritum inquit: īmo cōmunē omniū adulteꝝ: illis suis monstrosis nuptiis condignam uictimamꝰ hostiaꝫ & Hemus tu puer ait: obtrūcato protinus eo: intestina qdē canibꝰ nostris iacta. cæteram uero carnē omnē operarioꝝ cœnæ reserua. Nam corium affirmatum cineris insperſum dominis referemus: eiusque mortem de lupo facile mentiemur. Sublata cunctatione accusator ille meus noxius: ipse etiam pastoralis executor sententiæ lætus. & me is insultans malis calciſqꝫ illius admonitus quam inefficacem me fuisse Hercules doleo: ꝑtinus gladium cotis attritu parabat: Sed qdam de cœtu illo rusticoꝝ nefas ait: tam bellū asinū sic enecare. & propter luxuriam lasciuiamqꝫ amatoriam criminatū: opera seruitioque tam necessario carere: cum alioquin exectis genitalibus possit: neqꝫ in Venerem nullo modo surgere: nosque omni metu periculi liberare. īsuper etiam longe crassior atque corpulentior effici. Multos ego scio non modo asinos inertes: uerum etiam ferociſſimos equos nimio libidinis calore laborantes: atque ob id truces uesanosqꝫ adhibita tali detestatione: mansuetos ac mansues exinde factos. & oneri ferendo non inhabiles: & cæteri ministerii patientes. Denique nisi uobis suadeo nolentibus: possum spacio modico interiecto: quo mercatum ꝓximum obisse statui: petitis e domo ferramentis huic curæ præparatis ad uos actutū redire: trucemque amatorē istum atque insuauē: dissitis fœmoribus emasculare: & quouis ueruece mitiorem efficere. Tali sententia mediis orci manibus retractus. sed ex tunc pœnæ reseruatꝰ mœrebam. & in nouissima ꝑte corporis: totum me ꝑrituꝝ deflebam. inedia deniqꝫ cōtinua: uel præcipiti ruina: memet ipse quærebam extinguere: morituꝝ quidem nihilominus: sed morituꝝ īteger. Dūqꝫ in ista necis meæ decunctor electione: matutino me rursum puer ille peremptor meus circa montis suetum ducit uestigium. Iamque me de cuiusdam uastissimæ ilicis ramo pendulo destīato: paululū uiam supergressus: ipse securi lignum quod deueheret: recidebat: & ecce ꝺ proximo specu uastum attollens caput: funesta proserpit ursa: quaꝫ simul conspexi: pauidus & repentina facie conterritus: totum corporis pondus in postremos poplites recello: arduaque ceruice sublimiter eleuata: lorum quo tenebar rumpo: meque protinus pernici fugæ committo: perque prona non tantū pedibus: ueꝝ etiam toto proiecto corpore propere deuolutus immitto me campis subpatētibꝰ: &

mansuetos ac mānsues.

actutū.

emasculare.

decunctor.

recello.

ſummo ſtudio fugiēs immanem urſam: urſaq3 peiorem illū puerū.

Tunc quidem uiator ſolitarium uagūq3 me reſpiciens inuadit: & ꝑpiter inſcenſu3 baculo quem gerebat obumbrans per obliquam: ignaramq3 me ducebat uiam: nec ĩuitus ego curſui me accōmodaba3 relinquens atrociſſimam uirilitatis lamenam: cæterum plagis nō magnopere commouebar: quippe cōſuetus ex forma cōcidi fuſtibus: ſ3 illa fortuna meis caſibus peruicax: tam opportunum latibulum: miſera celeritate preuerſa: nouas inſtruxit inſidias. Paſtores enim mei: perditam ſibi requirentes uaculam: uariaſq3 regiones ꝑgrantes: occurrunt nobis fortuito: ſtatimq3 me cognitum: capiſtro præhenſu3: attrahere geſtiunt. Sed audacia ualida reſiſtens ille: fidem hominum dominiq3 teſtabatur: quid me raptatis? quid inuaditis? An te nos tractamus inciuiliter: qui noſtrum aſinum furatus abducis: quī potiꝰ effaris ubi puerum eiuſdem Agaſonem necatum ſcilicet occultaris: & ilico detractus ad terram: pugniſq3 pulſatus: & calcibus cōtuſus infit deierans: nullum ſemet uidiſſe ductorē: ſed plane concinnatum ſolutum & ſolitarium: ob indicinæ præmiū occupaſſe: domino tamē ſuo reſtituturum. Atq3 utinam ipſe aſinus inquit: quem nunq̄ profecto uidiſſem: uocē quiret hūanam dare: meaq3 teſtimoniū innocētiæ phibere poſſet: profecto uos huius iniuriæ pigeret? Sic adſeuerans nihil quicq̄ promouebat: nam collo conſtrictum: reducunt eu3 paſtores moleſti: circa montis illiꝰ ſyluoſa nemora unde lignu3 puer ſolebat egerere: nec uſpiam ruris reperitur ille: ſed plane corpus eius membratī laceratum: multiſq3 diſperſum locis cōſpicit. Quam rem procul dubio ſentiebam ego illius urſæ dentibꝰ eſſe perfecta3: & Hercules dicerem: qđ ſciebam: ſi loquendi copia ſuppeditaret. Sed qđ ſolum poteram: tacitus licet: ſeræ uindictæ gratulabar: & cadauer qdem diſiectis partibus tandem totum repertum: ægreq3 concinnatu3 ibidem terræ dedere: meum uero Bellerophontem: abactorem indubitatum: cruentumq3 percuſſorem criminantes: ad caſas interim ſuas uinctum perducunt: quoad renaſcenti die ſequenti deductus ad magiſtratus: ut aiebant: pœnæ redderetur. Interim dum puerum illum parentes ſui plangoribꝰ fletibuſq3 quærebanť: & aduenies ecce ruſticus: nequaq̄ ꝑmiſſum ſuum fruſtratus: deſtinatam ſectionem meaq3 flagitat. Nō eſt īquit ī his unꝰ: indidē præſens iactura noſtra: ſed plane craſtino libet: nō tantū naturam: ueꝝ & caput quoq3 ipſu3 peſſimo iſto aſino demere. Nec tibi miniſterium deerit iſtorum ſic effectum eſt: ut in alterum diem clades differretur mea. At ego gratias

agebam bono puero: q̄ saltē mortu⁹ unam carnificinæ meæ dieculaꝫ donasset. nec tñ tantilū saltē gratulatiōi meæ qetiqꝫ spaciū datū: naꝫ mr̄ pueri mortē deplorans acerbam filii fleta & lachrimosa: fuscaqꝫ ueste cōtecta ambab⁹ manib⁹ trahēs cinerosam caniciē heiulans & ex inde ꝓclamans stabulū irrūpit meū tūsisqꝫ ac diuerberatis uehementer uberib⁹: incipit: & nūc iste secur⁹ incūbēs præsepio uoracitati sue deseruit: & insatiabilē ꝓfūdūqꝫ uentrē sp̄ esitando distēdit: nec ærūnæ meæ misere uel detestabilē casū defūcti mgr̄i recordat̄. Sed. s. senectam īfirmitatēqꝫ meam cōtēnit ac despicit & īpune se laturꝝ tantum scelus credit. At utcūqꝫ se præsumit īnocentē. Est. n. cōgruens pessimis conatib⁹ circa noxiam consciam: sp̄are securitatē. Nam ꝓhdeū fidē quadrupes neqssime: lꝫ præcariam uocis usuram sumens: cui tandē uel īeptissimo p̄suadere possis: atrocitatē istam culpa uacare cū ꝓpugnare pedib⁹ & arsere morsib⁹ misello puero potueris? An ipsū q dē sæpius īcursare calcibus potuisti: moriturꝝ uero defendere alacritate simili neqsti? certe dorso receptū auferes ꝓtin⁹ & infesti latronis cruētis manib⁹ eripes. Postremū deserto derelictoqꝫ illo cōseruo magistro: comite: pastore: nō solus aufugeres. An ignoras eos ēt q morituris auxiliū salutare denegauerīt: qd̄ cōtra bonos mores id ipsum fecerint soleri puniri? sed nō diutius meis cladib⁹ lætaberis homicida senties efficiam misero dolori: naturales uires adesse. & cū dicto assertis manibus exoluit suam sibi fasciam: pedesqꝫ meos sigillatim inligans: indidē cōstringit artissime. s. neqd uindictæ meæ sup̄esset præsidiū: & ꝑtica qua stabuli fores affirmari solebant arrepta. nō prius me desiit obtūdere q̄ uictis fessisqꝫ uiribus suopte pondere degrauat⁹ manibus eius fustis eēt elapsus: Tūc de brachioꝝ suoꝝ cita fatigatione conquesta: procurrit ad focū ardentēqꝫ ticionē gerēs mediis inguinibus obtrudit: donec solo quod restabat innixus præsidio: liqda fimo strictim egesta: faciē atqꝫ oculos eius confedassem: qua cæcitate atqꝫ fetore: tandē fugata ē a me p̄nicies certū titione delirantis althee mele ager asinus interisset.

fleta & lachrimosa

N

precariam uocis usuram

EIVSDEM LIBER OCTAVVS DE ASINO AVREO

Octis gallicinio: uenit quidam iuuenis proxima ciuitate ut quidem mihi uidebatur: un⁹ de famulis Charites puellæ illi⁹: quæ mecum apud latrōes pares ærūnas exanclauerat: is de eius exitio & domus totius infortunio: mira ac nefanda ignem propter

n

assidens iter conseruoꝝ frequẽtiam: sic anũtiabat: eqsones opilõesq; etiam bonis eq: fuit Charite nobis q̃ misella: & qdẽ casu grauissimo: nec uero incomitata manes adiuit. Sed ut cuncta noritis: referam uobis a capite quæ gesta sunt: quæq; possint merito doctiores: quibus stilum fortuna subministrat: in historiæ speciem Charites inuoluere. Erat in proxia ciuitate iuuenis: natalibus prænobilis: quo clarus: eo pecuniæ fuit satis locuples: sed luxuriæ popinalis: scortisq; & diurnis potatiõibus exercitatus: atq; ob id fastionibus latronũ male sociatus: nec non etiam manus infectus humano cruore. Thrasillus nomine: idq; sic erat: & fama dicebat: hic cũ primũ Charite nubẽdo maturuisset: inter præcipuos ꝓcos: sũmo studio petitiõis eiꝰ munus obierat: & q̃q̃ cæteris omnibus: id genus uiris antistaret: eximiisq; muneribꝰ parentũ inuitaret iudiciũ: moꝝ tamẽ improbatꝰ: repulsæ cõtumelia fuerat aspersus. At dũ Herilis puella in boni Lepolemi manũ uenerat: firmiter deorsus delapsum nutriẽs amorẽ: & denegati thalami permiscens indignationẽ: cruẽto facinori querebat accessũ. Nactus deniq; præsentiæ suæ tempestiuaq; occasiõe; sceleri quod diu cogitarat: accingit. Ac die quo prædonum infestis mucrõibꝰ puella fuerat astu: uirtutibusq; sponsi sui liberata: turbe gratulantiũ exultans: insigniter ꝓmiscuit sese: salutiq; præsentia futuræ soboli nouorum maritoꝝ gaudibũdus: ad honorẽ splẽdidæ prosapiæ: inter præcipuos hospites domũ nostraq; r̃ceptus: occulato cõsilio sceleris amici fidelissimi ꝓsonam mẽtiebat. Iamq; sermonibꝰ assiduis: & cõuersatiõe frequẽti: nonnunq̃ etiam cœna: poculoq; cõmuni carior: carior q; factus: i profũdam romam cupidinis sese paulati nescius præcipitauerat quidni: cũ flamma sæui amoris: ꝓua qdẽ primo uapore delectet: sed fomẽto cõsuetudinis exæstuans immodici ardoris: totos cõburat hoies: diu deniq; deliberauerat secũ Thrasillus: quo nec clandestinis colloqiis opportunũ repiret locũ: & adulterinæ ueneris magis magisq; præclusos aditꝰ: copia custodiẽtiũ cerneret: noueq; atq; gliscẽtis affectionis firmissimũ uinculũ: ñ posse dissotiari ꝓspiceret: & puellæ si uellet: q̃q̃ uelle non posset: furatrinæ cõiugalis incõmodaret rudimentũ: & tamẽ ad hoc ipsum qd̃ nõ potest cõtẽtiosa ꝓnicie: quasi posset: impellit: qd̃ nunc arduum factu putat: amore per dies roborato: facile uidetur effectu: spe: ætate deniq;: sed oro solicitis animis intendite: quorsum furiosæ libidinis proruperint impetus. Die quadam uenatũ Lepolemus assumpto Thrasillo petebat: ĩdagaturꝰ feras: qd̃ tamen in campis ueritatis est: nec enim Charite maritũ suũ

THrasillus

quærere patiebatur: bestias armatas dente uel cornu. Iamque apud frondosum tumulū ramosūq; densis tegminibus umbroso ꝓspectu uestigatorū: obseptis campis: canes uenatōis indagini generosæ: mandato: cubili residentes inuaderēt bestias: īmittūtur. statimq; sollertis disciplinæ memores: partiti totos præcingūt aditus: tacitaq; priꝰ seruata mussitatione: signo sibi repentino reddito: latrantibus feruidis: dissonis miscent oīa. nec ulla capra: nec pauēs dammula. nec præteris feris mitior cerua. sed aper īmanis atque inusitatus exurgit toris callose cutis obesus: pilis inhorrentibus: corio squalidus: setis insurgentibus spinæ hispidus: dētibus attritu sonaci spumeꝰ: oculis flammeus: aspectu minaci: īpetu sæuo frementis oris totus fulmineus. & primū qdem canū ꝓcaciores: q cominus contulerant uestigiū: genis hac illac iactatis: cōsectas interficit. deinde calcata retiola qua primos impetus reduxerat: transabiit. & nos quidē cuncti pauore deterriti: & alioquin innoxiis uenationibus consueti: tūc etiam inermes atque immuniti: tegumentis frondis uel arboribus latenter abscondimus: Thrasillus uero nactus fraudiū opportunū decipulum: sic Lepolemum captiose cōpellat. Quid stupore confusi uel etiam cassa formidine similes humilitati seruoꝝ istoꝝ: uel in modū pauoris fœminei deiecti: tam opimam prædam mediis manibꝰ amittimꝰ? Quin equos īscendimus? qn otius īdipiscimur: & cape uenabulū & ego sumo lanceam. nec tantillū moratia ꝓtinus insiliūt equos: ex sūmo studio bestiam insequētes. nec tñ illa genuini uigoris oblita: retorquet īpetuꝫ & incendio feritatis ardescens: dentiū compulsu: quē primuꝫ insiliat contabūda rimatur. Sed prior Lepolemꝰ iaculū: quod gerebat: īsup dorsū bestiæ contorsit. At Thrasillus feræ quidē pepcit. sed eq quo uehebatur Lepolemus: postremos poplites lancea feriens amputat. Quadrupes recidens qua sanguis effluxerat: toto tergo suppinatus: inuitus dominū suū deuoluit ad terram, nec diu: sed eum aper furēs inuadit iacentē. Ac primo lacinias eius mox ipsuꝫ resurgentē multo dente laniauit. nec cæpti nefarii bonū piguit amicū: uel suæ seuitiæ litatum saltē tanto piculo cernens potuit expleri. Sed parcito atq; plagosa crura uulnera contegenti: suūq; auxiliū miseriter roganti: per fœmur dextrum dimisit lanceam. tanto ille quidem fidētius: quanto crederet ferri uulnera similia futura ꝓfecta dentium. nec non tamen ipsam quoq; bestiam facili manu transadiit. Ad hūc modū defūcto iuuene: exciti latibulo suo: quisq; familia mœsta cōcurrimꝰ. At ille q̄q̄ ꝓfecto uoto: ꝓstrato inimico letus ageret. uultu tamen gaudium

tegit:& frontem adseuerat:& dolorem simulat:& cadauer quod ipse fecerat:auide circũplexus: omnia quidem lugentiũ officia sollerter affingit:sed sole lachrymæ procedere noluerunt: sic ad nostri similitudinẽ:qui uer̃ lamẽtabamur:cõformatus:manus suæ culpã:bestiæ dabat:ne dũ satis scelere transacto:fama dilabitur: & cursus primos ad domũ Lepolemi:detorquet: & aures infœlicis nuptæ ꝑcutit quæ quidem simul ꝑcepit talẽ nunciũ:qualẽ nõ audiet aliũ:amens:& uecordia ꝑcita:cursuq3 baccata furibundo per plateas populosas:& arua rurestria fert̃ insana uoce:casum mariti quæritans. Cõfluunt ciuium mœstæ cateruæ:sequunt̃ obuii dolore sotiato: ciuitas cuncta uacuat̃:studio uisiõis:& ecce mariti cadauer accurrit: labẽtiq3 spiritu totam se sup corp⁹ effudit:ac plenissime ibidẽ qua3 deuouerat ei: reddidisset anima3:sed ægre manibus erepta suoꝝ:remansit ĩuita:funus uero toto feralẽ pompa3 ꝓsequẽte populo: deducit̃ ad sepulturam. Sed Thrasillus nimiũ clamare: plangere:& quas in primo mærore lachrymas nõ habebat:iam scilicet crescente gaudio:reddere: & multis caritatis nominibus ueritatẽ ipsa3 fallere:illũ amicũ:coetaneum:cõtubernalẽ:fratrẽ deniq3 addito nomine lugubri ciere: necnon interdũ manus Charites a pulsandis uberibus amouere:luctu3 sedare: eiulatũ cohercere: uerbis palpantibus:stimulũ doloris obtũdere:uariis exẽplis multiuagi casus solatia nectere:cũctis tamẽ mẽtite pietatis offitiis:studium cõtrectandæ mulieris adhibere: odiosumq3 amorẽ suum ꝑperam delectando nutrire: sed officiis ĩferalibus stati3 ereptis:puella protinus festinat ad maritũ suum demeare:cunctasq3 ꝓrsus ꝑtemptat uias. Certe illa3 lenẽ:otiosamq3: nec telis ullis ĩdigẽtem:sed placide qeti consimilẽ:inedia:deniq3 misera:& ĩcuria squalida:tenebris imis abscondita:cũ luce iam transegerat: sed Thrasillus instantia ꝑ uicaci:partim ꝑ semetipsũ: parti3 ꝑ cæteros familiares:ac necessarios:ipsos deniq3 puellæ parentes:extorquet:tandẽ iam luror̃ & illuuiæ pœnæ collapsa mẽbra lauacro: cibo deniq3 confoueret. At illa:parentũ suoꝝ alioquin reuerens:inuita quidẽ:ueꝝ religiose necessitati succũbens:uultu nõ quidem hylari:uerum paulo serenior̃: obiens ut iubebatur uiuentiũ munia:prorsus in pectore:immo uero penitus in medullis:luctu ac mœrore carpebat animum:diesq3 totos totasq3 noctes: insumebat luctuoso desiderio: & imagines defuncti quas ad habitũ dei liberi formauerat: affixo seruitio diuinis ꝑcolens honoribus:ipso se solatio cruciabat. S3 Thrasillus præceps alioquĩ: & de ipso nomine temerarius:priusq̃ dolorem lachrymæ satiarent:&

verbis palpantibus

officijs inferalibus

Lurore

ꝑcite mentis reſideret furor: & in ſeſe nimietatis ſenio laceſſeret luctꝰ adhuc flentem maritū: adhuc ueſtes lacerantē: adhuc capillos diſtrahentem: nō dubitauit de nuptiis conuenire: & impudentiæ labe tacita pectoris ſui ſecreta: fraudeſq; ineffabiles detegere. ſed Charite uocez nephandam & horruit & deteſtata ē. & uelut graui tonitru ꝑcellaq; ſideris. uel etiam ipſo diali fulmine ꝑcuſſa corruit corpus. & obnubilauit animam. ſed interuallo reualeſcēte paulatim ſpiritu: ferinos rugitus iterans etiam cœnam peſſimi Thraſilli ꝑſpiciens ad limam conſilii deſideriū petitoris diſtulit. Tūc inter moras umbra illa miſeræ trucidati Lepolemi: ſane cruentam: & pallore deformem attollens faciem: quietam pudicam interpellat uxoris. Mi coniunx quod tibi ꝓrſus ab alio dici non licebit. & ſi pectori tuo iaz permanet noſtri memoria. uel acerbæ mortis meæ caſus fœdus caritatis īterdicit: quouis alio fœlicius maritare. modo ne in Thraſilli manum ſacrilegam cōueniās: neue ſermonem conferas: ne menſam accumbas: nec thoro acqeſcas. Fuge mei percuſſoris cruentam dexteram: noli pricidio nuptias auſpicari: uulnera illa quoꝝ ſanguinē tuæ lachrymæ ꝑluere: non ſūt tota dentiū uulnera lancea mali Thraſilli me tibi fecit alienum & addidit cætera. oēmq; ſcenam ſceleris illuminat. at illa ut primū mœſta qeuerat: thoro faciē īpreſſa ēt nūc dormiens lachrymis emanantibus genas cohumidat. & uelut quodam tormento inqeta qeti excuſſa: luctu redintegrato ꝑplixū eiulat: diſciſſaq; īterula. decora brachia ſæuientibus palmulis cōuerberat. nec tñ cū quoq; ꝑticipans nocturnis imaginibns. ſed indicio facinoris prorſus diſſimulato & neqſſimū ꝑcuſſorem punire & ærumnabili uitæ ſeſe ſubtrahere tacita decernit. Ecce rurſus īprouide uoluptatis deteſtabilis petitor aures obſeratas de nuptiis obtūdens aderat. ſed illa clementer aſpernata ſermonē Thraſilli: aſtuq; miro perſonata: īſtanter garriēti ſūmiſſeq; deprecanti adhuc inquit tui fratris: meiq; cariſſimi mariti facies pulchra illa īmeis diuerſatur oculis. Adhuc odor cinnameus Ambroſii corporis pernares meas percurrit. Adhuc formoſus Lepolemus in meo uiuit pectore. boni ergo & optimi cōſules: ſi luctu legitimo miſerrimæ feminæ neceſſariū conceſſeris tempus: quo ad reſiduis menſibus ſpacium reliquū cōpleatur anni: quæ res cū meū pudorē: tū etiaz tuū ſalutar cōmodū reſpicit: ne forte īmaturitate nuptiaꝝ indignatione iuſta manes acerbos mariti ad exitum ſalutis tuæ ſuſcitemus. Nec iſto ſermone Thraſillus ſobrie factus uel ſaltem tempeſtiua pollicitatiōe recreatus identidē ꝑgit linguæ ſautiantis ſuſurros īprobos inurguere:

nimietatis ſenio.

ad limā conſilij.

Vmbra trucidati Lepolemi quietam pudicā interpellās charites uxoris. ac Thraſilli ꝑcuſſoris accuſans facinus ꝑpetratū ī eū.

diſciſſaq; īterula.

aſtu miro ꝑſonata

Verba charites ad Thraſillū.

Consiliū charites decipiendi Thrasillum

quoad ſimulanter reuicta Charite ſuſcipit. Iſtud equidem certe magnopere deprecanti cōcedas neceſſe eſt mihi Thraſille: ut interdū taciti clandeſtīos coitus obeamus nec qſq̄ pſentiſcat familiariū: quoad

fallacioſe mulieris

dies reliquos metiat̄ annus: ꝓmiſſioni fallatioſe mulieris oppreſſus: ſuccubuit Thraſillus: & prolyxe conſentit de furtiuo concubitu: no ctemq3 & opertas exoptat ultro tenebras: uno potiundi ſtudio: poſtponens omnia. Sed heus tu inquit Charite: q̄ probe ueſte conte ctus: omniq3 comite uiduatus: prima uigilia fores meas tacitus acce

Vno Sibilo contentus

das: unoq3 ſibilo contentus: nutricem iſtam meam opiare: quæ clauſtris adhærens excubabit aduentui tuo: nec ſecius patefactis ædib⁹ ac ceptum te: nullo lumine conſcio: ad meum perducet cubiculum: placuit Thraſillo ſcena feralium nuptiarū: nec ſequius aliquid ſuſpicatus: ſed expectatiōe turbidus: de diei tantū ſpatio: & ueſpe mora quæ rebatur. Sed ubi ſol noēti tandē deceſſit: & ex impio Charites adornatus: & nutricis captioſa uigilia deceptus irrepit cubiculū: ꝓnus ſpei tunc anus de iuſſu domine blandiēs ei: furtim depromptis calicibus: & oenoforo: qd̄ immixtū uino ſoporiferū gerebat uenenum: crebris

Sepeliuit ad somnū

potionibus: auide: ac ſecure hauriente: mētita domine tarditatē: qua

Fraus Charites in Thrasillū ac eiuſdem in illum exclamationis

ſi parentem adſideret ægrotū: facile ſepeliuit ad ſomnum. Iamq3 eo ad omnes iniurias expoſito: ac ſupinato: ītro uocata Charite: maſculis aīmis: īpetuq3 diro fremēs īuadit: ac ſupſtitit ſicariū & inqt. Fid⁹ cōiugis mei comes en uenator egregius: en carus maritus: hæc eſt illa dextera: quæ meum ſanguinē fudit: hoc pectus: qd̄ fraudulētas ambages in meū concinnauit exitium: oculi iſti: quibus male placui: q quodam modo tamē iam futuras tenebras auſpicantes uenientes penas antecedūt: quieſce ſecurus: beate ſōniare: nō ego gladio: nō ferro petam: abſit: ut ſimili mortis genere cū marito meo coequaris: uiuo tibi morient̄ oculi: nec qcq̄ uidebis niſi dormiēs: faxo fœliciorē necē inimici tui: q̄ uitam tua3 ſentias: lumē certe nō uidebis: manu comitis indigebis. Charitē nō tenebis: nuptiis nō frueris: nec mortis quiete recreaberis: nec uitæ uoluptate letaberis: ſed incertum ſimulacrum errabis iter ortū & ſolem: & diu quæres dextera3: quæ tuas expugnauit pupulas: qd̄q3 ē in erumna miſerimum: neſcies de quo quæraris. At ego ſepulchrum mei Lepolemi tuo luminum cruore libabo: &

parentabo

ſanctis manib⁹ eius: iſtis oculis parētabo: ſed qd mora tēporis dignū cruciatū lucraris: & meos forſitan tibi peſtiferos imaginaris amplexus: rīlictis ſomnolētis tenebris: ad alia3 penalē euigila caliginē: attolle uacua3 faciē: uindicta3 recognoſce: infortuniū intellige: erumnas

cõputa: sic pudice mulieri tui placuere oculi: sic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos: ultrices habebis pronubas: & orbitatem comitem & perpetue conscientiæ stimulum. Ad hunc modum uaticinata mulier: acu crinali capite deprompta: Thrasilli conuulnerat tota lumia: eũq; prsus exoculatũ relinquẽs: dũ dolore nescio crapulaq; cuq; sõno: discutit: arrepto nudo gladio: quo se Lepolemus solebat incingere: per mediam ciuitatẽ cursu furioso ꝓpit se: proculdubio nescioqd scelus gestiẽs: circa monumẽtũ mariti cõtendit. At nos & omnis populus nudatis totis edibus studiose nonsequimur: hortati mutuo: ferrum uesanis extorquere manibꝰ: sed Charite capulum capit Lepolemi: ꝓpter assistẽs: gladioq; fulgẽti singulos abigẽs: ubi fletus uberes & lamẽtationes uarias cunctoꝝ intuetur. Abiicite inquit importunas lachrymas: abiicite luctum meis uirtutibus alienum: uindicaui in mei mariti cruentum ꝑemptorẽ: punita sum funestum meaꝝ nuptiaꝝ prædonẽ: iaq; tempus est: ut isto gladio deorsus ad meũ Lepolemũ uiam queram: & enarratis ordie singulis: quæ sibi p sonniũ nũtiauerat maritus: quoq; astu Thrasillũ iductũ petissq; ferro sub papillaq; dexteram transacto: cõcorruit: & ī suo sibi ꝓluta sanguine: postremo balbutiẽs ícerto ſmone ꝑeflauere animam uirilem. Tũc propere familiares misere Charites: accuratissime corpus ablutum: munita sepultura ibidẽ marito ꝓpetuam cõiugẽ reddidere. Thrasillus uero cognitis oĩbus neqens idoneum exitiũ præsenti clade reddere: certusq; tanto facinori nec gladiũ sufficere: sponte delatus ibidẽ ad sepulchꝝ. Vltronea uobis infesti manes en adest uictima: sæpe clamitans: ualuis super sese diligenter obseratis: inedia statuit elidere sua sentẽtia damnatũ spiritum. Hic ille lõgo trahens spiritu: & nõnũq; illachrimans: grauiter affectis rusticis annũtiabat. Tunc illi mutati domini nouitatẽ metuẽtes: & infortunium: domus herilis altius miserantes: fugere cõpant: sed equoꝝ magister: qui me curandũ magna ille qdẽ cõmẽdatõe susceꝑat: qcqd ī casula præciosũ cõditũ seruabat: meo atq; alioꝝ iumẽtoꝝ dorso repositũ absportans sedes pristinas deserit: gerebamus ĩfantulos: & mulieres: gerebamus: pullos: passeres edos: catellos & qcqd ífirmo gradu fugam morabat: nostris quoq; pedibus ambulabat: nec me põdus sarcine q̃q̃ enormis urguebat: qppe gaudiali: fuga detestabilẽ illũ exectorem uirilitatis meæ relinquentem: Siluosi montis asperuq; permensi iugũ: rursusq; reposita camporum ad spatia ꝑuecti: iam uespa semitam tenebrante: pueniemus ad quoddaq; castelluq; frequẽs & opulẽs unde nos incole

Thrasillus excecatus exoculatum.

Qualiter Charite se interfecerit.

gaudiali fuga.

nocturna: immouero matutina etiam prohibeam egressiõe: lupos eni numerosos: grandes: & uastis corporibus sarcinosos: ac nimia ferocitate seuientes: passim rapinis adsuetos: infestare cunctam illam regionem. Iamq3 ipsas uias obsidere: & in modum latronu3: prætereuntes aggredi. immo etiam uesana famæ rabidos: finitimas expugnare uillas: exitiumq3 inertissimorum pecudum ipsis iam humanis capitib⁹ imminere. Deniq3 ob iter illud: qua nobis erat commeandum: iacere semesa hominũ corpora: suisq3 uisceribus nudatis ossibus cũcta candere: ac ꝑ hoc nos quoq3 cautiõe sũma uiæ reddi deber̃: idq3 uel ĩ primis ob serenitatẽ: ut luce clara: & die iam prouecto: & sole florido: uitantes undiq3 latẽtes ĩsidias: cũ & ipso lumĩe diraꝝ bestiaꝝ repigrat̃ impetus: non laciniatim dispersos: sed cuneatim stipato cõmeatu difficultates illas transabiremus. Sed nequissimi fugitiui ductores illi nostri ecce festinationis temeritate: ac metu incerte insequutiõis: spreta salubri monitione: nec expectata luce proxima: circa ferme tertiam uigiliam noctis: onustos nos ad uiam propellunt. Tũc ego metu prædicti periculi: q̃tum poteram: turbe medius: & inter cõserta iumẽta latẽter abscõditus: clunibus meis ab aggressiõibus ferinis cõsulebam: iamq3 me cursu celeri cæteros equos antecellentẽ mirabantur omnes: sed illa pernicitas nõ erat alacritatis meæ: sed formidinis indicium. Deniq3 mecũ ipse reputabam: pegasum inclytũ illũ metu magis uolaticũ fuisse: ac per hoc merito pinnatũ ꝓditum: dum in altu3 & adusq3 cælum subsilit ac resultat: formidans scilicet ignifere morsum chimere. Nã & illi pastores: qui nos agebant: in speciẽ prælii manus obarmauerant: hic lanceam: ille uenabulũ: alius gerebat spicula: fustem alius: sed & saxa: quæ salebrosa semita largiter subministrabat. Erant qui sudes præacutas attollerent: pleriq3 tamen ardentibus facibus proterrebant feras: nec quicq̃: præter unicam tubam deerat: quin acies esset præliaris: sed nequisq̃ frustra timorem illum satis inanem perfũcti: longe peiores inhesim⁹ laqueos. Nam lupi forsitan cõferte iuuentutis strepitu: uel certe nimia luce flammarum deterriti: uel etiam aliorsum grassantes: nulli circa nos aditum tulere: ac ne ꝓcul saltem ulli comparuerant: uille uero: quam forte tunc præteribamus: coloni multitudinẽ nostram latrones rati: satis agentes reꝝ suarum: eximieq3 trepidi: canes rabidos: & immanes & q̃busuis lupis: & ursis seuiores: quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati: iubilationibus solitis: & huiuscemodi uocib⁹: nobis ĩhortant̃: qui præter genuinam ferocitate3 tumultu suoꝝ exasperati: circa nos ruunt.

& undique laterum circumfusi passim insiliunt. & sine ullo delectu iumenta simul & homines lacerant: diuq3 grassati plerosq3 ꝓsternũt Cerneres non tam Hercules memorandũ: q̃ miserandũ etiam spectaculum: canes copiosos ardentibus animis: alios fugientes arripere. alios stantibus inherere: quosdam iacentes inscindere: & per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare. Ecce tanto periculo malu3 maius insequitur: de summis enim tectis ac de proximo colle rustici illi: saxa super nos raptim deuoluunt ut discernere prorsus nequiremus: q̃ potissimum caueremus cladem: cominus canum: an eminus lapidum: quorum quidem unus mulierem quæ meum dorsum residebat: repente percussit. quo dolore commota: statim fletu cum clamore sublato: maritum suum pastorem illum suppetiatum ciet. At ille domini fidem clamitans & cruorem uxoris abstergens: altius quiritabat. Quod miseros homines & laboriosos uiatores: ta3 crudelibus animis inuaditis ac perterritis atq3 obruitis: quas prædas munitis: quæ damna uindicatis: at non spelũcas ferarum: uel cautes incolitis barbarorum: ut humano sanguine perfuso gaudeatis? Vix hæc dicta: & statim lapidum congestus cessauit hymber: & infestorum canum reuocata conquieuit procella: unus illinc denique de sũmo cupressus cacumine. At nos inquit non nostrorum spoliorum cupidine latrocinamur. Sed hanc ipsam cladem de uestris protelam⁹ manibus: iam denique pace tranquilla securi potestis incedere. Sic ille sed nos plurifariam uulnerati: reliquam uiam capescimus: alius lapidis: alius morsus uulnera referentes: uniuersi tamen saucii. Aliquanto deniq3 uiæ permenso spacio: peruenimus ad nemus quoddam ꝓceris arboris consitum: & patentibus uirectis amenum: ubi placuit illis ductoribus nostris: paululum conquiescere: corporaque sua diuerse laniata: sedulo recurare. Ergo passim prostrati solo: primũ fatigatos animos recuperare: ac dehinc uulneribus medelas uarias adhiberẽ festinant. hic cruorem præterfluentis aquæ rore deluere: ille spõgiis macidatis: tumores comprimere. Alius fasciolis hiantes uincire plagas: ad istum modum saluti suæ quisque cõsulebat. Interea q̃dam senex de summo colle perspectat: quem circum capelle pascentes Opilionem esse profecto clamabant. eum rogauit unus e nostris haberet ne uenui lacte: uel adhuc liquidum: uel in caseum recentem inchoatum. At ille diu capite quassanti: uos autem inquit de cibo uel poculo. uel omnino ulla refectione nunc cogitatis: an nulli scitis quo loco consederitis: & cum dicto conductis ouiculis: cõuersus

altius quiritabat.

de sũmo cupssus cacumine.

de uris ꝓtelamus manibus.

spongiis macidatis.

hret ne uenui lacte.

longe receſſit: quæ uox eius & fuga paſtoribus noſtris non mediocrē pauorē incuſſit. Ac dum ꝑterriti de loci qualitate ſciſcitari geſtiūt: nec eſt qui doceat: ſenex alius magnus ille quidem: grauatus annis: totus in baculū pronus: & laſſū trahēs ueſtigiū: ubertī lachrymans: per uiam ꝓximat: uiſiſq3 nobis cū fletu maximo ſingulox iuuenu3 genua contingens ſic adorabat. Per fortunas ueſtroſq3 genios ſic ad meæ ſenectutis ſpatia ualidi lætiq3 uēiatis: decepto ſeni ſubſiſtite: meūq3 paruulū ab īferis ereptum canis meis reddite. Nepos namq3 meus: & itineris huius ſuauis comes: dum forte paſſerē incantantem ſæpicule cōſectatur arripere: delapſus in proxima3 foueam: quæ fruticibus imis ſubpatet in extremo iam uitæ conſiſtit periculo: quippe cum de fletu ac uoce ipſius auxiliū ſibi ſæpicule clamitantis: uiuere illum qdem ſententiam: ſed per corporis ut uidetis mei defectam ualitudinē opitulari nequeam. At uobis ætatis & roboris beneficio faciē ſuppetiari miſerrimo ſeni: puerūq3 illum nouiſſimū ſucceſſiōis meæ: atq3 unicam ſtirpē: ſoſpitem mihi facere. Sic deprecantis: ſuamq3 caniciē diſtrahentis omnes quidem miſerenſ: ſed unus præ cæteris: & aīmo fortior: & ætate iuuenior: & corpore ualidior: quiq3 ſolus præter alios incolumis præliū ſuperius euaſerat: exurgit alte alacer: & præcōtatus quo nam loci puer ille ceciderat: mōſtrantē digito non longe frutices horridos: ſenem illū impigre comitat: ac dum pabulo noſtro: ſuaq3 cura refecti: ſarcinulis quiſq3 ſumptis ſuis uiam capeſſunt: clamore primo nominatim ciētes illum iuuenē frequēter inclamant: mox hora diutina commoti: mittunt e ſuis acceſitorem unum: qui requiſitum comitem tempeſtiuæ uiæ commonefactu3 reduceret. At ille modicum cōmoratus refert ſeſe: buxantiq3 pallore trepidus: mira ſuper conſeruo ſuo renunciat: cōſpicatum ſe quippe ſuppīato illi: & iam ex maxima ꝑte conſumpto: immanem draconem mandentē inſiſtere: nec ullū uſq; miſerrimū ſenem comparere illu3. Qua re cognita: & cū paſtoris ſermōe collata: q cū prorſus hūc illū: nec alium cæcox Inquilinū præminabatur: peſtilēti deſerta regione: uelociori ſe fuga proripiūt: noſq3 pellunt: crebris tundentes fuſtib⁹: cælerrime. Deniq3 lōgo itinere confecto: pagum quēdam accedimus: ibiq3 totam ꝑquieſcimus noctē: mihi cæptu3 facinus: oppido memorabile: narrare cupio. Seruus quidam: cui cūcta3 familiæ tutelam dominus ꝑmiſerat ſuus: quiq3 poſſeſſionē illam maximam in quam diuerteram⁹: uillicabat: habēs ex eodē famulitio cōſeruam cōiugam libere cuiuſdam: extrariq3 mulieris flagrabat cupidine: quo dolore

defectam ualitudinē
ſuppetiari
buxāti pallore
uillicabat
ex eodē famulitio

pelicatus: uxor eius instructa: cũctas mariti ratiões. & q̃cqd horreo reconditum continebatur: admoto cõbussit igne. nec tali damno tori sui contumeliam uindicasse cõtenta: iam circa sua seuiens uiscera: laqueũ sibi nectit: infantulũq3 quẽ de eodẽ marito iam dudũ suscepat eodẽ funiculo nectit: seq3 in præaltissimũ puteũ: adpendicẽ paruulũ trahẽs præcipitat: qua3 mortẽ dñs eorũ egerrime substinẽs: arreptu3 seruulum eius: qui causam tanti sceleris luxuriæ suæ præstiterat: nudũ ac totũ melle plitu3 firmiter alligauit: arbori ficulneæ cui⁹ ĩ ipso carioso stipite inhabitantiũ formicarũ nidificia burriebant. & ultro citroq3 cõmeabant. multi iuga scaturrigine: quæ simul dulcẽ ac mellitũ corporis nidorẽ persentiscũt: puis qdẽ: sed numerosis & cõtinuis morsiũculis penitus inherentes p longi temporis cruciatũ ita carnibus atq3 ipsis uisceribus adesis hoĩe consũpto membra nudarunt: ut ossa tantũ uiduata pulpis nitore nimio candẽtia funeste cohererẽt arbori. Hac quoq3 detestabili deserta mansione: paganos in summo luctu relinquentes: rursũ pgimus: dieq3 toto campestres emersi uias ciuitatem quandam populosam & nobilem: iam fessi puenimus. Ibi larem sedesq3 perpetuas pastores illi statuere decernũt: quod & lõge quesituris firme latebre uiderentur: & annone copiose beata celebritas inuitabat: triduo deniq3 iumentoru3 refectis corporibus: quo uẽdibiliores uideremur: ad mercatu3 producimur: magnaq3 uoce præconis: precia singulis nũciantis eq atque alii asini: opulẽtis emptoribus præstinantur. Ac me relictũ solũ ac subsiciuũ cum fastidio pleriq3 præteribant: Iamq3 tedio cõtrectatiõis eorũ: q de dentib⁹ meis ætates cõputabant: manũ cuiusdam fetore sordentẽ: qui gingiuas identidẽ meas putidis scalpebat digitis: mordicus arreptam plenissime contriui: quæ res circũstantiũ ab emptiõe mea: utpote ferocissimi deterruit aĩos. Tũc preco disruptis faucibus: & rauca uoce sautius: ĩ meas fortunas: ridiculos instruebat iocos: quẽ ad finẽ cantheriũ istum uenui frustra subiiciemus. & uetulũ extritis ungulis debilẽ & dolor̃ deformem: & inherti pigritia ferocem. nec quicq̃ amplius: q̃ ruderariũ cribrũ atque adeoque uel donemus eũ cuipiam. siq tñ fenũ suũ perdere nõ grauatur. Ad istũ modũ preco ille cachinnos circunstantibus cõmouebat. sed illa fortuna mea sæuissima: quam p tot regiões iam fugiens effugere: uel præcedẽtibus malis placare nõ potuit: rursum in me cecos detorsit oculos. & emptorẽ aptissimum duris meis casibus mire repertum obiecit. scitote qualem Cynedũ & senẽ Cynedũ caluũ quidẽ: sed cincinnis semicanis & pendulis capillatum: unũ

adpendicẽ paruulũ trahẽs.

burriebat

subsiciuũ.

chanteriũ.

q̃ ruderariũ cribrũ.

Fortuna rursus in me cecos detorsit oculos.

cincinnis semicanis.

detriuiali populariu3 fece:q ꝑ plateas: & oppida cymbalis & crotalis
ꝑsonantes:deamq3 syriam circũferẽtes mẽdicare cõpellunt: is nimio
cuiatis eem. præstinandi studio præconẽ rogat cuiatis eẽm. At ille cappadotium
me:& satis forticulũ denuntiat: rursu3 requirit annos ætatis meæ: s3
preco lasciuiẽs mathematicus qdem:qui stellas eius disposuit:qntũ
ei numerauit annu3:sed ipse scilicet meli⁹ istud de suis nouit ꝑfessio
crimẽ cornelie legis nibus:q̃q̃ enim prudens:crimem Corneliæ legis incurram: si ciue3 ro
manu3 pro seruo tibi uendidero quin emis bonũ & frugi mancipiũ:
qđ te & foris & domi poterit iuuare? S3 exĩde odiosus emptor:aliud
de alio non desinit quærere:deniq3 de mansuetudine etiam mea ꝑcon
tatur anxiæ. At præco ueruecem inquit:non asinum uides: ad usum
omnem quietũ:non mordacẽ: nec calcitronem qdem:sed prorsus ut
asini corio modestum hominẽ inhabitare credas:quæ res cognitu nõ
ardua. Nam si faciẽ tuam mediis eius fœminib⁹ emiseris:facile ꝑcõta
Lurconẽ beris:q̃ grandem tibi demonstret patientiam:sic præco lucronem tra
ctabat dicacule:sed ille cognito cauillatu:similis indignanti: At te
inquit cadauer surdum:& mutu3 : delirumq3 præconẽ omnipotẽtes
sanctus sabadius & omniparẽs seda syria:& sanctus Sabadi⁹:& Bellona:& mater Idea:
cum suo Adone: Venus domina:cæcũ reddant:q scurrilibus iam du
dum cõtra me uelitaris iocis. An me putas inepte iumẽto fero posse
dea3 cõmittere:ut turbatu3 repẽte diuinum deiiciat simulachrũ:ego
q3 miser cogar crinibus solutis discurrere:& deæ meæ humi iacẽti ali
quẽ medicu3 querere. Accepto tali sermõe : cogitaba3 subito uelut
lymphaticus exilire:ut me ferocitate cernẽs exasperatum: emptionẽ
ꝑio depenso. desineret. Sed præuenit cogitatu3 meum emptor anxi⁹:precio depen/
so statim:qđ qdem gaudens dominus scilicet tedio mei:facile susce/
pit septẽdecim denarium:& ilico me tumida parte deligatu3 tradidit
Phylebo:hoc enĩ nomine censebaꝫ iam meus dominus. At ille su/
sceptum nouitiũ famulũ trahebat ad domu3:statimq3 illic de primo
limĩe ꝑclamat:puellæ seruu3 uobis pulchellu3 en ecce mercato ꝑdu/
xi s3 illæ puellæ chorus erat cynedoꝝ:quæ statí exultantes ĩ gaudiũ:
fracta:rauca:& effœminata uoce clamores absonos intollunt: rati sci
licet uere quẽpiam hominem seruulũ ministerio suo paratum . Sed
succidaneum. postq̃ non ceruaz ꝑ uirgine:sed asinũ pro homĩe succidaneũ uidere:
nare detorta nare detorta:magistrũ suum uarie cauillanꝫ:nõ.n.seruum: s3 mari/
tu3 illu3 scilicet sibi ꝑduxisse. Et heus aiunt:caue ne sol⁹ exedas tam
bellũ scilicet pullulũ:s3 nobis quoq3 tuis palũbulis nõnũq̃ imptias:
hæc & huiusmõi mutuo blatterantes:præsepio me ꝓximũ deligant:

Erat quidem iuuenis ſatis corpulentus: choraula doctiſſim⁹: collaticia ſtipe de menſa paratus: q foris qdē circūgeſtantibus deaꝫ: cornu canens adambulabat. domi uero ꝑ miſcuis operis ꝑtiari os agebat concubitus. hic me ſimul domi conſpexit: libenter appoſitis largiter cibariis: gaudēs alloquitur. uen iſti tandē miſerrimi laboris uicari⁹: ſed diu uiuas & dominis placeas: & meis defectis iam lateribus conſulas. Hic audiēs iam meas futuras nouas cogitabam ærūnas. die ſequēti uariis coloribus induſiati & deformiter qſqꝫ formati: faciē cenoſo pigmento deliti: & oculis obūctis graphice ꝑdeūt. mitellis & crocro tis & carbaſinis & bōbicinis iniectis: quidam tunicas albas: in modū lanciolaꝝ quoquo uerſū fluente purpura depictas: cingulo ſubligati: pedes luteis īduti calceis: deamqꝫ ſerico cōtectam amiculo mihi gerēdam īponūt: brachiiſqꝫ ſuis humerotinus renudatis attollentes in manes gladios ac ſecures euhantes exiliūt: incitantes tibiæ cantu lyṁphaticū tripudiū. nec paucis ꝑratis caſulis: ad quandam uillaꝫ poſteſſoris britim ꝓueniūt: & ab īgreſſu prīo ſtatī abſonis ululatibus cōſtrepētes fanatice ꝓuolant. deniqꝫ capite demiſſo: ceruices lubricis in torquētes motibus: crineſqꝫ pēdulos in circulū rotantes & nōnunq̄ morſibus ſuos īcurſantes muſculos: ad poſtremū ancipiti ferro qđ gerebant ſua qſqꝫ brachia diſſecant. īter hæc un⁹ ex illis bacchatur effuſi⁹: ac de imis præcordiis anhelit⁹ crebros referēs: uelut numīs diuino ſpū repletus: ſimulabat ſauciam uecordiam ꝓrſus qua dñi pītia: ſoleant hoīes nō ſui: fieri meliores ſed debiles effici uel ægroti. ſpecta deniqꝫ quale cæleſti ꝓuidētia meritū reportauerit. īfit uaticinatione clamoſa: cōficto mēdacio ſemetipſū īceſſere: atqꝫ crimīari: quaſi cōtra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid. & inſup iuſtas pœnas noxii facinoris: ipſe de ſuis manib⁹ expoſcere. arrepto deniqꝫ flagro: qđ ſemiuiris illis propriū geſtamen eſt: contortis tenis lanoſi uelleris ꝓlixe fimbriatum: & multiiugis talis ouium teſſeratum: indidem ſeſe multinodis cōmulcat ictibus: mire contra plagaꝝ dolores præſumptione munitus: cerneres ꝑ ſectu gladioꝝ: ictuqꝫ flagrorum: ſolum ſpurcitie ſanguinis effœminati madeſcere. quæ res īcutiebat mihi nō paruam ſolicitudinē: uidēti tot uulneribus largiter ꝓfuſū cruorem ne quo caſu deæ ꝑegrinæ ſtomachus: ut quorūdam hoīum lactē: ſic illa ſanguinē cōſpiceret aſininū. Sed ubi tandē fatigati: uel certe ſuo laniatu ſatiati: pulſam carnificinam dedere: ſtipes æreas: īmo uero & argenteas: multis certatim offerentibus: ſinu recepere patulo: necnō & uini cadū & lactē & caſeos: & farris & ſiliginis aliqd: & nonnullis

choraula doctiſſimus
collaticia ſtipe
partiarios agebat cōcubitus

Induſiati
mitellis & crocotis & carbaſinis & bombicinis

contortis tenis
ouium teſſeratis

ordeum dex gerulo donantibus: auidis aīmis conradentes omnia: & ī
ſacculo huic quæſtui de induſtria præparatos farcientes: dorſo meo
congerunt: ut duplici ſcilicet ſarcine pondere grauatus: & horreum
ſimul & templum incederē. Ad iſtū modū palātes: omnē illaʒ deprę
dabant regionē: ſed ī quodam caſtello copia letanti largioris queſti/
culi: gaudiales inſtruunt dapes: a quodam colono: fictæ uaticīatiōis
mendacio: pinguiſſimū depoſcūt arietē: q deaʒ ſyriam eſuriētes ſuo
ſatiaret ſacrificio: ꝑbeqʒ diſpoſita cenula balneas obeunt: ac de hinc
lauti: quēdaʒ fortiſſimū ruſticanū: induſtria laterū: atqʒ imis uētris
bñ præpatū comitē cœne ſecū adducūt: pauciſqʒ admodū præguſta/
tis oluſculis: ante ipſaʒ mēſaʒ: ſpurciſſima illa ꝓpudia ad illicitæ libi/
dinis extrema flagitia: īfandis uirginibus efferantur: paſſimqʒ circū/
fuſi: nudatū ſupinatūqʒ iuuenē: execrandis uredinibꝰ flagitabant.
Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibꝰ: porro quirites ꝓclamaī
geſtiui: ſed uiduatum cæteris ſyllabis ac litteris præceſſit: o tantū ſa
ne claʒ: ac ualidū: & aſino ꝓpriū: ſed īportuno plane tempe: namqʒ
de pago ꝓxīo cōplures iuuenes abactū ſibi noctu ꝑquirentes aſellum:
nimioqʒ ſtudio cūcta deuorſoria ſcrutantes: intus ediū: audito rudi
tu meo: prædam abſcōditam latibulis edium rati: coram rē inuaſuri
ſuaʒ: īprouiſi conferto gradu ſe penetrant: palamqʒ illos: execrandas
fœditates obeuntes deprehendūt. Iaʒ iamqʒ uicinos undiqʒ ꝓtientes:
turpiſſimaʒ ſcenaʒ patefaciūt: inſup ridicule ſacerdotuʒ puriſſimam
laudantes caſtimoniaʒ. Hac īfamia cōſternati: quæ ꝓra populi fa/
cile dilapſa: merito īuiſos ac deteſtabiles eos cūctis effecerat: noctem
ferme circa mediam: collectis omnibus: furtim caſtello faceſſunt: bo
naqʒ itineris ꝑte ante iubaris exortum tranſacta: iam die claro ſolitu/
dines auias nacti: multa prius ſecū collocuti accingunt ſe meo fune/
ri: deaqʒ uehiculo meo ſublata: & humi repoſita: cunctis ſtramentis
me renudatū: ac de quadaʒ quercu deſtinatū: flagro illo pecuinis oſ/
ſibus cathenato uerberantes: pene ad extremas cōfecerant mortes. Fu
it unus q poplites meos eneruare: ſecuri ſua cōminaref: q de pudore
candido ſcilicet ſuo: tam deformiter triūphaſſem: ſed cæteri nō meæ
ſalutis: ſed ſimulachri tacētis cōtēplatiōe: in uita me retinēdum cen/
ſuere: rurſuʒ itaqʒ me refertuʒ ſarcinis: planis gladiis minantes pueni
unt ad quandam nobilē ciuitatē: ubi uir principalis: & alias religio/
ſus: & eximie domini referēs: tinnitu cymbaloꝝ & ſonu tympanorū:
cantuſqʒ phrygii mulcētibꝰ modulis exercitꝰ ꝓcurrit obuiaʒ: deam/
qʒ uotiuo ſuſcipiēs hoſpitio: nos oīs ītra cōſeptū domꝰ ampliſſimæ

cõstituit: numẽq3 sũma ueneratiõe atq3 hostiis opimis placare cõten dit. Hic ego me potissimũ capitis pclitatũ memini. nam qda3 colon⁹ ptẽ uenatiõis: imanis cerui pinguissimũ fœmur: dño illi suo muneri miserat: qd' icuriose pone culinę fores: nõ altiuscule suspensũ: canis adeque uenaticus latenter iuaserat. latusque præda: propere custo/ dientes oculos euaserat. quo damno cognito: suaque reprehensa ne gligẽtia cocus diu lamẽtatus: lachrimis inefficacib⁹. iam iamq3 dño cœnam flagitante mœrẽs. & utcũq3 metuẽs alti⁹: filio suo puulo cõ/ salutato, arreptoq3 funiculo: mortẽ sibi nexu laquei cõpabat. nec tñ latuit fidam uxorẽ eius casus extremus mariti sed funestũ nodũ uio lẽter iuadẽs manib⁹ ambab⁹. Adeo ne inqt pñti malo pterrit⁹ mẽte ex cidisti tua. nec fortuitũ istud remediũ: qd' dñi puidẽtia submistrat ituerís. nam si qd i ultio fortunæ turbie resipiscis: expgite mi auscul ta & aduenam istũ asinũ: remoto quodam loco deductũ: iugula fœ murq3 ei⁹ ad similitudinẽ pditi detractũ: & accurati⁹ i ptrimẽtis sapi dissime decoctũ: appõe dño ceruini uice: neqssimo uerberoni sua pla cuit salus de mea morte & multũ cõserue sagacitate laudata. destiata etiam laniene: cultros acuebat.

in ptrimentis

EIVSDEM LIBER NONVS DE ASINO AVREO

ceruice ꝑ quandam feneſtrulam: qd nam ſibi uellet tumult⁹ ille: pro ſpicere geſtio: unus e cōmilitiōib⁹ caſu fortuito cōlimatis oculis ad umbram meaꝫ: cūctos teſtat̄ īcoram: magn⁹ deniqꝫ continuo clamor extortus ē: & emerſis ꝓtinus ſcalis iniecta manu: quidaꝫ me uelut ca ptiuū detrahūt. Iamqꝫ omni ſublata cōtatiōe ſcrupuloſi⁹ contēplan tes ſingula: ciſta & illa reuelata reptū: ꝓductūqꝫ & oblatū magiſtra/ tibus miſerū hortulanū: pœnas ſcilicet pēſuꝝ ī publicū deducūt car cerē: ſūmoqꝫ riſu de meo ꝓſpectu cauillari nō deſinūt. Vnde & de ꝓ ſpectu & umbra aſini natū eſt frequens prouerbium.

De proſpectu & umbra aſini natū frequēs prouerbium.

EIVSDEM LIBER DECIMVS DE ASINO AVREO.

d

Ie ſequenti meus quidem dominus hortulanus quid egerit: neſcio: me tamē miles ille: q ꝓpter eximiam impotētiam pulcherrime uapularat: ab illo præſepio nullo equidē contradicente: di/ ductum: abducit: atqꝫ a ſuo cōtubernio hoc enī mihi uidebatur: ſarcinis propriis onuſtū & ꝓr/ ſus exornatū: armatūqꝫ militariter: ꝓducit ad uiam: namet galeam nitore præmicantē: & ſcutū cæteris his longius lucens: ſed etiaꝫ lanceam longiſſimo haſtili conſpicuam: quæ ſcilicet non diſcipline tunc quidem cauſa: ſed propter terrendos miſeros uia tores: in ſummo atqꝫ edito ſarcinarum cumulo adinſtar exercitus ſe dulo compoſuerat: confecta campeſtri: nec adeo difficili uia ad quan dam ciuitatulam peruenimus: nec in ſtabulo: ſed in domo cuiuſdam decurionis deuertimus: ſtatimqꝫ me commendato cuidam ſeruulo: ipſe ad præpoſitum ſuum: qui mille armatorum ducatū ſuſtinebat: ſollicite proficiſcitur. Poſt dies pluſculos: ibideꝫ deſignatum ſcele ſtum & nefarium facinus memini: ſed ut nos etiam legatis ad librum profero. Dominus edium habebat iuuenem filium: ꝓbe litteratum: atqꝫ ob id conſequenter: pietate: modeſtiaqꝫ præcipuum: quem tibi quoqꝫ ꝓueniſſe cuperes: uel talem: huius matre multo ante defūcta: rurſum matrimonium ſibi reperauerat: ductaqꝫ alia filium procrea/ uerat alium: qui iam duodecimum ætatis annum ſupergeſſerat. Sed nouerca: forma magis: q̄ moribus in domo mariti præpollens: ſeu na turaliter impudica: ſeu fato ad extremum impulſi flagitium: oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo lector optime: ſcito te tragœdiam non fabulam: legere: & a ſocco ad coturnum aſcendere. Sed mulier illa: q̄diu primis elementis cupido paruulus nutriebatur: imbecillis

Ad ciuitatulā quādā.

Iam Lector optime scito te tragœdiam nō fabulam Legere.

adhuc eius uiribus facile ruborē tenuē deprimens: silētio resistebat. At ubi completis ignē uesano totis præcordiis immodice bacchatus amor exestuabat: seuienti deo iam succubuit: ac languore simulato uulnus animi mentitur in corporis ualitudine. Iam cætera salutis uultusq; detrimenta & ægris & amantibus examussim conuenire: nemo q nesciat pallore deformis: marcentes oculi: lassa genua: qs turbida: & suspiritus cruciatus: tarditate uehementior: crederes: & illam fluctuare tantum uapore febrium: nisi quod & flebat. Hæc medicorum ignarę mentes. quid uenę pulsus. quid caloris intemperantia quid fatigatus anhelitus. & utrinque secus iactate crebriter laterum mutuæ uicissitudines. Dii boni q̄facilis licet non artifici medico cuiuis tamen docto ueneriæ cupidinis compræhensio: cū uideas aliquę sine corporis calore flagrantem. Ergo igitur impatientia furoris alterius agitata: diutinum rupit silentium: & aduocari præcipit filiuꝫ quod nomen in eoipso. sed ne ruboris admoneretur libenter eraderet Nec adolescens ægre parentis moratus imperium: senilī tristiciæ strictam gerens frontem: cubiculum petit uxoris patris: matrisque fratris: utrunque debitum sistens obsequium. sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata: & ut in quodam uado dubitationis herens: omne uerbum quod præsenti sermoni putabat aptissimum rursum improbans: nutante etiam nunc pudore: unum potissimum caperet exordium: decontatur. At iuuenis nihil etiam tunc secius suspicatus: summisso uultu rogat ultro præsentis causam ægritudinis. Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasionem prorumpit in audaciam: & ubertim ad lachrymans laciniaque contegens faciem: uoce trepida sic eum breuiter affatur.

Ausa omnis & origo præsentis doloris & etiam medela ipsa: & salus unica mihi tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia: meis medullis acerrimū commouēt incendium. Ergo miserere tua causa pereuntis. nec te religio patris omnino deterreat: cui morituram prorsus seruabis uxorem. illi' enī recognoscens imaginem mutua facie merito te diligo. habere solitudinis plenam fidutiam. habes capax necessarii facinoris otium. Nam quod nemo nouit: pene non fit. Repentino malo perturbatus adolescens: quanq̄ tale facinus protinus exhorruisset: non tamen negationis intempestiua seueritate putauit exasperandam. Sed caute promissionis dilatione leniendam. Ergo prolyxe pollicetur: ut & bonum caperet animum: refectionique se: ac saluti redderet: impendio

Describit amoris signa & passiones

examussim.

Marcentes oculi.

suspiritus.

striatā gerēs fronte

oro amantis noueręd prunum

Miserere tua cā peuntis

quod nemo nouit pene nō fit.

ſuadet: donec patris aliqua profectione: liberum uoluptati concede/
retur ſpatium: ſtatimq3 ſe refert a noxio conſpectu nouercæ: & ma/
gnam domus cladem ratus indigere magno & ampliore conſilio: ad
quẽda3 cõpertæ gratuitatis educatore3 ſene3 protinus refert nec q̃cq̃:
diutina deliberatione: tam ſalubre uiſum: quam fuga celeri procella3
fortunæ ſæuientis euadere. Sed impatiens uel exiguæ dilationis mu
lier: ficta qualibet cauſa: confeſtim marito miris perſuadet artib⁹ ad
longiſſime diſſitas feſtinare uillulas: quo facto: maturate ſpei ueſa/
nia præceps: promiſſæ libidinis flagitat uadimoniu3. Sed iuuenis mo
do iſtud: modo illud cauſe faciens: execrabilem fruſtatur eius aſpe/
ctum: quoad illa nuntiorum uarietate: pollicitationem ſibi denega/
tam manifeſto perſpiciens: mobilitate lubrica: nefarium amorem ad
longe deterius tranſtuliſſet odium: & aſſumpto ſtatim nequiſſimo &
ad omne facinus emancipato: quoda3 dotali ſeruulo: perfidiæ ſuæ cõ
ſilia communicat: nec quicq̃ melius uidetur: quam uita miſeru3 pri/
uare iuuenem. Ergo miſſus continuo furtifer: uenenum præſenta
rium comperat: idq3 uino diligenter dilutum: inſontis priuigni præ/
parat exitio: ac dum de obla tionis opportunitate ſecum deliberant
noxii homies: forte fortũa: puer ille iunior pri⁹ peſſimæ fœmiæ fili⁹
poſt matutinum laborem ſtudiorum: domum ſe recipiens: pendio
iam cepto: ſitiens: repertum uini poculum: in quo uenenum latebat
incluſum: neſcius fraudis occulte: continuo perduxit hauſtu3 atq3
ubi fratri ſuo paratam mortem ebibit: exanimis terre procumbit illi/
us quoq3 repentina pueri pernicie: pedagogus commotus: ululabili
clamore: matrem totamq3 ciet familiam: Iamq3 cognito caſu noxiæ
potionis: uarie quiſq3 præſentium: autores inſimulabant extremi fa/
cinoris. Sed dira illa fœmina & maliciæ nouercalis exẽplar unicum
non acerba filii morte: non parricidii conſcientia: non infortunio do/
mus: non luctu mariti: uel erumna funeris commota cladem fami/
liæ uindictæ compendium traxit: miſſoq3 protinus curſore: qui ui
anti marito domus expugnationem nuntiaret: ac mox eodem otius
ab itinere regreſſo: perſonata nimia temeritate: inſimulat priuigni
ueneno filium ſuum interemptum: & hic quidem non adeo mentie/
batur: qd' iam deſtinatam iuueni mortem præueniſſet puer: ſed
fratrem iuniorem fingebat ideo priuigni ſcelere peremptum! quod
eius probroſe libidini: qua ſe comprimere temptauerat: noluiſſet
ſuccumbere: nec tamen in manibus contenta mendatiis: addebat ſibi
quoq3 ob detectum flagitium: eundem illum gladio comminari:

Tunc infœlix duplici filiorum morte percussus: magnis crũnarũ procellis estuat: Nam & iuniorem in coram sui funerari uidebat: & alterum ob incestum: parricidiumque: capitis scilicet damnatum iri certo sciebat. Adhuc uxoris dilectæ nimium mentitis lamẽtationibꝰ ad extremũ sobolis implebatur odium. Vix dum pompæ funebres ex sepultura filii fuerant explicatæ: & statim ab ipso eius rogo: senex infœlix ora sua recentibus adhuc rigans lachrymis: trahensq; cinere sordentem caniciem: foro se festinus immittit: atq; ibi tum fletu: tũ precibus. genua etiam decurionum contingens: nescius fraudiũ pessimæ mulieris: in exitium reliqui filii plenis operabatur affectibus illum incœstum paterno thalamo: illum parricidam fraterno exitio & in comminata nouercæ cæde sicarium. Tanta denique miseratione: tantaq; indignatione curiam: sed & plebẽ mœrens inflammauerat: ut remoto iudicandi tœdio: & accusationis manifestis probationibus & responsionibus meditatis ambagibus cuncti conclamarint lapidibus obrutum publicum malum: publice uindicari. Magistratus interim mœtu periculi proprii. ne de paruis indignationis elementis ad exitium disciplinæ ciuitatisque seditio procederet: partim decuriones deprecari: partim populariter compescere: ut rite & more maiorum iudicio reddito: & utrinque secus allegationibus examinatis ciuiliter sententia promeretur. nec ad instar barbaricæ feritatis: uel tyrannicæ impotentiæ damnaretur aliquis inauditus: & in pace placida tam dirum sæculo proderetur exemplum. Placuit salubre consilium: & ilico iussus preco pronunciat patres in curiam conuenirent: quibus protinus dignitatis iure consueta loca residentibus: rursum precõis uocatu primus accusator incedit. Tunc demum clamatus introducitur etiam reus: & exemplo legis atticæ: martiique iudicii: causæ patronis denunciat preco: neque principia dicere: neque miserationem commouere. Hæc ad istum modum gesta: compluribus mutuo sermocinantibus cognoui. Quibus autem uerbis accusator uexerit: quibus rebus diluerit reus. Ac prorsus orationes: altricationesq;: neque absens ipse apud præsepium scire: neque ad uos quæ ignoraui possũ enunciare. sed quæ plane comperi: ad istas litteras proferam. Simul enim finita est dicentium contentio: ueritatem criminum fidemque probationibus certis instrui. nec suspicationibus tantam cõiecturam permitti placuit. atque illum promptissimum seruum qui solus hæc ita gesta esse: scire diceretur: sisti modis omnibus oportere. Nec tantillum cruciatus ille: uel fortuna tam magni iudicii: uel conferte

cruciarius

conſpectu curie: uel certe noxia conſcientia ſua: deterritus quæ ipſe finxerat: quaſi uera adſeuerare: atq; adſerere incipit: qđ ſe uocaſſet īdignatus faſtidio nouercæ iuuenis: quod ulciſcens iniuriam: filii eiꝰ mandauerat necem: qꝫ promiſiſſet grande ſilentii præmium: qꝫ recuſanti: mortem ſit cominatus: quod uenenum ſua manu temperatū: dandum fratri reddiderit: quod ad criminis probationem reſeruatuꝫ poculum neglexiſſe ſuſpicatus: ſua poſtremum manu porrexerit puero. Hæc eximia enim ad ueritatis imaginem Verberone illo ſimulata trepidatione perferente: finitum eſt iudicium: nec quiſq̄ decurionum tam equius remanſerat iuueni: quin eum euidenter noxæ compertum: inſui culleo pronuntiaret. Cum iam ſententiæ pares cunctorum ſtilis ad unum ſermonem congruentibus: ex more perpetuo: in urnam æream deberent coiici: quo ſemel conditis calculis iam cum rei fortuna tranſacto: nihil poſtea commutari licebat: ſed mancipabatur poteſtas capitis in manum carnificis: unus e curia ſenior præ cæteris compertæ fidei: atq; autoritatis præcipue medicus: orificium urnæ manci contegens: nequis mitteret calculum temere: hoc ad ordinem pertulit. Quod ætatis ſum uobis approbatus: me dixiſſe gaudeo: nec patiar falſis criminibus: petito reo: manifeſtuꝫ homicidiuꝫ perpetrari: nec uos qui iureiurando adſtricti iudicatis: inductos ſeruuli mendacio peierare ipſe non poſſum: calcata numinum religione: conſcientiam meam fallens: perperam pronuntiarī. Ergo ut res eſt: de me cognoſcite: furtifer iſte uenenum præſentarium comperare ſollicitus: centumq; aureos ſolidos offerens pretiū: me non olim conuenerat: quod egroto cuidam dicebat neceſſariuꝫ: qui morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus: uitæ ſe cruciatui ſubtrahere geſtiret. At ego perſpitiens malum iſtum Verberonem blatterantem: atq; inconcinne cauſificantem: certuſq; aliqđ moliri flagitium: potionem quidem dedi: ſed futuræ quæſtioni præcauens: non ſtatim precium quod offerebatur accepi: ſed ne forte aliquis inq̄ iſtorum quos offers aureorum: nequaꝫ uel adulter reperiatur: in hoc ipſo ſacculo conditos eos: anulo tuo prenota: donec altera die numulario præſente comprobentur: ſic inductus ſignauit pecuniam: quam exinde ut iſte repreſentatus eſt iudicio: iuſſi de meis aliquem curriculo taberna promptam afferre: & en ecce prolatam coram exibeo uideat: & ſuum ſigillum recognoſcat. Nam quem admodum eius ueneni frater inſimulari poteſt: qđ iſte cōperauerit.

Mos ſententiandi antiquus inſui culleo.

Ingēs exinde Verberonē corripere trepidatio: & inuicē humani

coloris ſuccedit pallor infernus: per quæ uniuerſa membra frigidus ſudor emanabat. Tunc pedes incertis alternationibus cõmouere: modo hanc: modo illam ptẽ ſcalpere capitis: & ore ſemiclauſo balbutiẽs neſcio: quas afamias effutire: ut eum nemo prorſus a culpa uacuum merito crederet. Sed reualeſcente prorſus aſtutia cõſtantiſſime negare: & accerſire mendacii medicum non deſinit: qui propter iudicii religionem: cum fidem ſuam coram lacerari uideret: multiplicato ſtudio Verberonem illum contundit redarguere: donec iuſſu magiſtratuum: miniſteria publica contrectatis nequiſſimi ſerui manibus anulum ferreum deprehenſum cum ſigno ſacculi conferunt: quæ cõparatio præcedentem roborauit ſuſpicionem. nec rota uel Equuleꝰ more græcorum: tormentis eius apparata iam deerant. ſed obfirmatiſ mira præſumptione nullis uerberibus: ac ne ipſo quidem ſuccubuit igni. Tum medicus non patiar inquit Hercules: non patiar: uel circa fas de innocente iſto iuuene ſupplicium uos ſumere: uel hunc ludificato noſtro iudicio pœnam noxii facinoris euadere. Dabo enim rei præſentis euidens argumentum. nam cum uenenum peremptorium comparare peſſimus iſte geſtiret. nec meæ ſectæ crederem conuenire: cauſas ulli præbere mortis. nec exitio. ſed ſaluti hominum medicinam quæſitam eſſe didiciſſe. uereres ne ſi daturum me negaſſem. in tempeſtiua repulſa: uiam ſceleri ſubminiſtrarem. & ab alio quopiã exitiabilem mercatus hic potionem uel poſtremum gladio. uel quouis telo nefas inchoatum perficeret. dedi: non uenenum. ſed ſomniferum mandragoræ illum: grauedinis comperte famoſum: & morte ſimillimi ſoporis efficacem. nec mirum diſperatiſſimum iſtum latronem. certum extremæ pœnæ: quæ more maiorum in eum competit: cruciatus iſtos ut leuiores facile tolerare. Sed ſi uere puer meus temperatam manibus ſumpſit potionem: uiuit: & quieſcit & dormit: & protinus marcido ſopore diſcuſſo remeabit ad diem lucidam: quod ſi uere peremptus eſt: ſi uere morte præuentus eſt: quæratis licet cauſas mortis eius alias. Ad iſtum modum ſeniore adorante. placuit & itur confeſtim magna cũ feſtinatione ad illud ſepulchrum: quo corpus pueri depoſitũ iacebat. nemo de curia: de optimatibus nemo: ac ne de ipſo quidem populo quiſq̃: qui non illuc curioſe confluxerit. Ecce pater ſuis ipſe manibus: coperculo capuli remoto: commodus diſcuſſo mortifero ſopore: ſurgentem poſtliminio mortis deprehendit filium: eumque complexꝰ artiſſime: uerbis impar: præſente gaudio producit ad populum: atque ut erat adhuc feralibus amiculis

ſomniferum mandragoræ

inſtrictus: atq; obditus: deportatur ad iudicium puer. Iamq; liquido ſerui nequiſſimi: atq; mulieris nequioris patefactis ſceleribus: procedit in medium nuda ueritas: & nouercæ quidem perpetuum indicitur exilium: ſeruus uero patibulo ſuffigitur: & omnium conſenſu: bono medico ſinuntur aurei opportuni ſomni precium: & illius quidem ſenis famoſa atq; fabuloſa fortuna prouidentiæ diuīe cognitum accepit exitu: qui momento modico: īmo puncto exiguo poſt orbitatis periculum adoleſcentium duorum pater repente factus eſt.

At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus uolutabar. Miles ille: qui me: nullo uendente: comparauerat: & ſine precio ſuum fecerat: tribuni ſui præcepto debitum ſuſtinens obſequium: litteras ad magnum ſcriptas principem: Romam uerſus perlaturus uicinis me quibuſdam duobus ſeruis fratribus undecim denariis uendidit.

His erat diues admodum dominus. At illorum alter piſtor dulciarius: qui panes & mellita concinabat edulia. Alter cocus: qui ſapidiſſimis nutrimentis ſucuum: pulmenta condita uapore mollibat: unico illi contubernio communem uitam ſuſtinebant: meq; ad uaſa illa compluria geſtanda præſtinarant: quæ domini regiones pluſculas perrantis: uariis uſibus erant neceſſaria: adſciſcor itaq; inter duos illos fratres tertius contubernalis. Haud ullo tempore tam beniuolam fortunam expertus. Nam ueſpera poſt opiperas cænas: earumq; ſplēdidiſſimos apparatus: multas numero partes in cellulam ſuam mei ſolebant reportare domini: ille porcorum: pullorum: piſciu;: & eiuſcemodi pulmentorum: largiſſimas reliquias: hic panes: cruſtula: iucūculos: hamos: lacertulos plura ſcitamenta mellita: qui cu; ſe refectūri. clauſa cellula: belneas petiſſent: oblatis ego diuinitus dapibus: affatim ſaginabar: nec enim tam ſtultus eram: tamq; uere aſinus: ut dulciſſimis illis relictis cibis cænarem aſperrimum fenum: & diuquidem pulcherrīe mihi furatrīe procedebat artificium: quippe adhuc timide: & ſatis parce ſubripienti: de ta; multis pautiora: nec illis fraudes ullas in aſino ſuſpicantibus. At ubi fidutia latendi pleniore capta: partes opimas quaſq; deuorabam: & iucundiora eligens abliguriebam dulcia: ſuſpicio non exilis fratrēm pūgit animos: & q̄q̄ de me nihil etiam tum tale crederent: tamē quotidiani damni ſtudioſe ueſtigabant reum: illi uero poſtremo etiam mutuo ſeſe rapinæ turpiſſimæ criminabantur. Iamq; curam diligentiorem: & acriorem cuſtodebam: & dinumerationem adhibebant partium: tandē; deniq; rupta uerecundia: ſic alter alterum compellat. Ad iſtud iam neq;

equum: ac ne humanum fidem minuere quidem quotidie ac partes electiores surripere: atque his diuenditis peculium latenter augere: de reliqs æquam uindicare diuisionē: si tibi deniq3 societas ista displi cet possumus oīa quidē cætera fratres manere. Ab isto tamen nexu cōmunionis discedere. nam uideo in immensum damni procedentem querelam: nutrire nobis immanem discordiam. Subiicit alius laudo istam tuam mehercules: & ipse cōstantiam: quod furatis clanculo p/ tibus præueneristi queremoniam: q̄ diutissime sustinēs: tacitus ingemi scebam ne uiderer rapinæ sordidæ meū fratrē arguere. sed bene quod utrinq3 secus sermōe, plato: iactare mediū queritur: nec silētio proce dens simultas. Eteocleas nobis cōtentiones pariat. His & similib⁹ altricati cōuiciis deierant utriq3: nullam se prorsus fraudē. nulla3 de nique surreptionem factitasse. Sed plane debere cunctis artibus com munis dispendii latronem inquiri. nam neque asinum qui solus īter esset: talibus cibis affici posse: & tamen quottidie pastus electiles con/ parere nusq̄. nec utique cellam sua3 tam immanes īuolare mures uel muscas: ut olim Harpyiæ fuere: quæ diripiebant phineias dapes. In/ terea liberalibus cœnis inescatus: & humanis affatim cibis saginatus corpus obesa pinguitie compleueram: corium aruina suculenta mol liueram: pilum liberali nitore nutriuera3. sed iste corporis mei decor pudori peperit grande dedecus: insolita namq3 tergoris uastitate cō/ moti: fœnum prorsus intactum quottidie remanere cernentes: iam totos dirigunt ad me omnes animos. & hora consueta. uelut balnea petituri: clausis ex more foribus: per quandam modicam cauernam rimantur me: passim expositis epulis inhærentem. nec ulla cura iam damni sui habita: mirati monstruosas asini delitias: risu maximo di/ rumpuntur. uocatoque & altero ac dein pluribus conseruis demon/ strant infandam memoratu bebetis iumenti gulam. Tantus denique ac tam liberalis cachinnus cunctos inuaserat: ut ad aures quoq3 præ/ tereuntis perueniret domini. Sciscitatus deniq3 quid bonum rideret familia: cognito quod res erat: ipse quoq3 p idem ꝑspiciens foramen delectatur eximie: ac dein risu ipse quoq3 latissimo aduscq3 īestinoꝝ dolorem redactus: iam patefacto cubiculo ꝓxime consistens cora3 ar bitratur. Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi reniden/ tis fortunæ contemplatus faciem gaudio præsentium: fiduciam mi/ hi subministrante. nec tantillum commotus: securus hæsitabam: quoad nouitate spectaculi lætus dominus ædiu3 duci me iussit: īmo uero suis & ipse manibus ad triclinīū ꝓduxit: mensaq3 posita omne

Eteocleas nobis contētiones pariat.

genus edulium ſolidorum: & illibata fercula iuſſit apponi. At ego q̄q̄ iam bellule ſuffarcinatus gratiorem commendatioremq3 me tum ei facere cupiens: eſurienter exhibitas eſcas appetebam. Nam & quid potiſſimum abhorreret aſinus excogitantes ſcrupuloſe: ad exploran dum manſuetudinem id offerebant mihi: carnes laſere infectas: alti/lia pipere inſperſa: piſces exotico iure perfuſos. Interim conuiui um ſummo riſu perſonabat. Quidam deniq3 præſens ſcurrula: da/te inquit ſodali huic quippiam meri: quod dictum dominus ſecut⁹.

Nō adeo reſpondit abſurde locutus es furtifer: ualde enī fieri pōt: ut contubernalis noſter poculum quoq3 mulſi libēter appetat: & he mus ait puer lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mul/ſo contempera: & offer paraſito meo: ſimul q; ei præbiberim cōmone to: ingens exin ob orta eſt epulonum expectatio: nec ulla tamen ego ratione conterritus otioſe ac ſatis genialiter contorta in modum lin/guæ extrema labia: grandiſſimum illū calicem uno hauſtu perhauſi: & clamor exurgit conſona uoce cunctorum: ſalute me proſequētiu3 magno deniq3 delibutus gaudio dominus: uocatis ſeruis ſuis: empto ribus meis iubet quadruplum reſtitui precium: meq3 cuidam accep/tiſſimo liberto ſuo: & ſatis peculiato: magna præfatus diligentia tra/didit: qui me ſatis humane ſatiſq3 comiter nutriebat: & quo ſe pater/no commendatiorem faceret: ſtudioſiſſime uoluptates eius per meas argutias inſtruebat: & primum me quidem mēſam accūbere ſuffixo cubito: dein adluctari: & etiam ſaltare ſublatis prioribus pedibus p;/docuit: quodq3 eſſet adprime mirabile: uerbis nutum commodarem ut quod nollem: relato: quod uellem: reiecto capite monſtrarem: ſi/tienſq3 pocillatore reſpecto: ciliis alterna coniuens bibere flagitarem: atq3 hæc omnia perfacile obediebam: quæ nullo etiaz monſtrante ſci/licet facerem: ſed uerebar: ne ſi forte ſine magiſtro: humano ritu hoc ederem: pleriq3 rati ſeuum præſagium portendere: uelut monſtrum oſtentumq3 me obtruncatum: uulturiis opimum pabulum redde/rent. Iamq3 rumor publice crebruerat: quo conſpectū: atq3 famige/rabilem meis miris artibus effeceram dominum: hic eſt qui ſodalem conuiuamq3 poſſidet luctantem aſinum: ſaltantem aſinum: uoces humanas intelligentem: ſenſum nutibus exprimentem. Sed prius eſt: ut uobis: quod initio facere debueram: uel nunc ſaltem referam: quis iſte: uel unū fuerit Thyaſus: hic enim nomine meus nuncupa/bat dominus: oriūdus patria corintho: quod caput ē totius Achaiæ prouintiæ: ut eius ꝑſapia: atq3 dignitas poſtulabat: gradatī ꝑmēſis:

honoribus qnquēnali magiſtratui fuerat deſtinatus. & ut ſplendori capeſcendorum reſponderet faſcium: munus gladiatoriū triduanis ſpectaculis pollicitus: latius munificentiam ſuam porrigebat: deniq3 glorię publicę ſtudio. Tune Theſſaliam etiam acceſſerat: nobiliſſimas feras & famoſos inde gladiatores cōparaturus. Iamq3 ex arbitrio diſpoſitis coemptiſq3 omnibus domuitionem parabat. ſpretis luculentis illis ſuis uehiculis: ac poſt habitis decoris prædarum carpentis quę partim contecta: parti3 reuelata fruſtra nouiſſimis trahebantur conſequiis: equis etiam theſſalicis & aliis iumentis gallicanis: quib⁹ generoſa ſoboles perhibet precioſam dignitatē: me phaleris aureis: & fucatis ephippiis & purpureis tapetis: & frenis argenteis & pictilibus baltheis & tintinnabulis perargutis exornatum: ipſe reſidens amantiſſime: nonnunquam comiſimis affatur ſermonibus: atq3 inter alia pleraque: ſumme ſe delectari profitebatur: quod haberet in me ſimul & conuiuam & uectorem: At ubi partim terreſtri: partim maritimo itinere: confecto Corinthum acceſſimus: magnę ciuium turbę confluebant: ut mihi uidebatur: non tantum Thyaſi dantes honori: q̄ mei conſpectus cupientes. nam tanta etiam ibidem de me fama peruaſerat ut non mediocri queſtui propoſito illi modo fuerim. qui cum multos uideret nimio fauore: luſus meos ſpectare geſtientes: obſerata fore atque ſingulis eorum ſeorſus admiſſis: ſtipes acceptans: nō paruas ſummulas diurnas corradere conſuerat. Fuit in illo cōuenticulo matrona quædam pollens & opulens: quę more cæterorum uiſum meum mercata. ac dehinc multiformibus ludicris delectata per ammirationem aſſiduam: paulatim in ammirabilem mei cupidinem incidit: nec ullam ueſanę libidini medelam capiēs ad inſtar aſinarie paſiphes complexus meos ardenter expectabat: grandi denique præmio cū altore meo depacta eſt noctis unius cubitum. at ille nequaquam ut poſſet de me ſuaue prouenire: lucro ſuo tantum contentus annuit. Iam denique cœnati e triclinio domini deceſſeramus: & iam dudum præſtulantem cubiculo meo matronam offendimus. Dii boni qualis ille quanq3 præclarus apparatus: quattuor eunuchi confeſtim puluilliſ compluribus uentoſe tumentibus: pluma dedicata terreſtrem nobis cubitum præſtruunt: ſed & ſtragula ueſte auro ac murice tyrio depicta probe conſternunt: ac deſuper breuibus admodum: ſed ſatis copioſis puluillis aliis nimis modicis: quis maxillas & ceruices delicate mulieres ſuffulcire conſuerunt: ſupſtruunt. nec domine uoluptates diutina ſua præſentia morati: clauſis cubiculi foribꝰ faceſſit. At ītus

Matrona quędā inſtar paſiphes in aſini cupidinē incidēs ac cū eo cōcubēs

puluillis copioſis

cerei præclara micantes luce: nocturnas nobis tenebras inalbabant.
Tenia
Tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmĩe: tenia quoq3 qua decoras deiunxerat papillas: lumen ꝑpter adsistens: destagneo uasculo multo sese perungit oleo balsamo: meq3 indidem largissime perfricat: sed multo tanta impensius cura etiam nares perfundit meas. Tunc exosculata præsule: non qualia in lupanari solent basiola iactari: uel meretricum poscinummia: uel ad uectorum negocinũmia: sed pura atq3 sincera: instruit & blandissimos affatus: amo & cupio: & te solu3 diligo: & sine te iam uiuere nequeo: & cætera quis mulieres: & alios inducunt: & suas testantur affectiones: capistroq3 me deprehensum more quo didiceram redinat facile: quippe cũ nil noui nihilq3 difficile facturus mihi uiderer: præsertim post tantum temporis: tam formosæ mulieris cupiẽtis amplexus obiturus: nam & uino pulcherrimo: atq3 copioso memet madefeceram: & unguẽto flagrãtissimo ꝑluuium libidinis suscitaram. Sed angebar plane: non exili metu reputans: quẽadmodũ tantis: tanq̃ magnis cruribus possem delicatam matronam inscendere: uel tam lucida: tanq3 tenera: & lacte ac melle confecta membra: duris ungulis complecti: labiasq3 modicas: ambrosio rore purpurantes tam amplo ore: tanq3 enormi: & saxeis dẽtibus deformis sauiari: nouissime: quo pacto q̃q̃ exunguiculis perpuriscens mulier: tam uastum genitale susciperet: heu me qui dirupta nobili fœmina bestiis obiectus minus instructurus sim mei domini: molles interdum uoculas: & assidua sauia: & dulces gannitus: cu3 morsicantibus oculis iterauerat illa & in summa: teneo te inquit: teneo meum palumbulum: meũ passerem: & cum dicto uanas fuisse cogitationes meas: ineptumq3 monstrat metum artissime namq3 complexa: tum me prorsus: sed totum recipit: illa uero quotiens ei ꝑcens nates recellebam: accedens totiens nisu rabido: & spinam præhendẽs meam: adpliciore nexu inherebat: ut Hercules etiam de esse mihi aliqd: ad supplẽdam ei⁹ libidinem crederem: nec minotauri matrem frustra delectata3 putarem adultero mugiẽte. Iamq3 opposa & puigili nocte transacta uitata lucis conscientia: faceſſit mulier: cõdicto pari noctis futuræ precio: nec grauate magister meus uoluptates ex eius arbitrio largiebatur: partim mercedes amplissimas acceptando: partim nouum spectaculum domino præpando: incontanter ei deniq3 libidinis meæ totam detegit scenam: At ille liberto magnifice munerato destinat me spectaculo publico: & quonia3 neq3 egregia illa uxor mea ꝑpter dignitatem: neq3 prorsus ulla alia inueniri poterat: grandi præmio

uilis acquiritur aliqua: ſententia præſidis beſtiis addicta: quæ mecũ in coram publicam populi caueam frequentaret: eius pene talem cognoueram fabulam. Maritum habuit: cuius pater pegre, pficiſcẽs mandauit uxori ſuæ: matri eiuſdẽ iuuenis: q̃ enĩ ſarcina prægnatiõis oneratam eam reliquebat ut ſi ſexus ſeqoris edidiſſet fœtus: ,ptinus quod eſſet editũ: necaretur. At illa præ abſtinentia mariti: natam puellam inſita matrib⁹ pietate præuẽta deſciuit ab obſeqo mariti: eaq̃ ,pdidit uicinis alumnandaq̃: regreſſoq̃ iam marito: natam necatamq̃ nũciauit. Sed ubi flos ætatis nuptialem uirgini diem flagitabat. Nec ignaro marito dotare filiam pro natalibus quibat: quod ſolũ potuit tacitum ſecretum filio ſuo aperuit. nam & oppido uerebatur: ne quo caſu caloris iuuenilis ĩpetu lapſus: neſcius neſciam ſororẽ ĩcurreret. ſed pietatis ſpectatæ iuuenis & matris obſequium & ſororis officium religioſe diſpenſat: & arcanis domus uenerabilis ſilentii cuſtodie tradidit: plebeiam facietenus prætendens humanitatem: ſic neceſſarium ſanguinis ſui munus aggredit ut deſolatam uicinam puellam: parentũq̃ præſidio uiduatam: domus ſuæ tutela receptaret. At mox artiſſimo multũq̃ ſibi dilecto cõtubernali: largitus de ,pprio dotem: liberaliſſime traderet. Sed hic bene atq̃ optime plenaq̃ cũ ſanctimõia diſpoſita feralem fortunæ nutum latere non potuere: cuius inſtinctu domum iuuenis protinus ſe direxit: ſeua riualitas. & ilico hic eadem uxor eius: quæ nũc beſtiis propter hæc ipſa fuerat addicta: cepit puellam uelut emulam tori ſuccubamq̃ primo ſuſpicari: de hinc deteſtari. de hinc crudeliſſimis laqueis mortis inſidiari. tale deniq̃ cõminiſcitur facinus. Annulo mariti ſurrepto: rus ,pfecto mittit quẽdam ſeruulum ſibi quidem fidelem. ſed de ipſa fide peſſime mœrentẽ qui puellæ nũtiaret quod eam iuuenis ,pfectus ad uillulam uocaret ad ſeſe: addito ut ſola & ſine ullo comite q̃maturiſſime ,ueniret & ne qua forte naſceretur ueniendi contatio tradit annulum marito ſubtractũ qui monſtratus fidem uerbis adſtipularetur. At illa mandato fratris obſequens. hæc enim nomen ſola ſciebat reſpecto etiam ſigno ei⁹ quod offerebatur: gnauiter ut præceptum fuerat: incomitata feſtinat. Sed ubi fraudis extremæ lapſa decipulo: laqueos inſidiarum acceſſit Tunc illa uxor egregia: ſororem mariti libidinoſæ furiæ ſtimulis eſferata: primum quidem nudam flagris ultimæ uerberat. dehinc qđ res erat: clamantem quoque quod fruſtra pelicatus ĩdignatiõe bulliret: fratriſq̃ nomen ſæpius iterantem: uelut mentitam atq̃ cũcta fingentẽ: titiõe candẽti ĩter media fœmina detruſo: crudeliſſime necauit

Tunc acerbe mortis exciti nunciis frater & maritus accurrunt: uari/
isq3 lamentationibus defletam puellam tradunt sepulturæ: nec iuue
nis sororis suæ mortẽ tam miseram & quæ mĩme ut par erat illata est
equo tolerare quit aĩmo sed medullitus dolore cõmotus: acerrĩæq3
bilis noxio furore perfusus: exin flagrantissimis febribus ardebat: ut
ipsi quoq3 iam medela uideretur esse necessaria. Sed uxor: quæ iam
pridem nomen uxoris cum fide perdiderat: medicum conuenit quen
dam note perfidie: qui iam multarum palmarum spectatus præliis
magna dexteræ suæ trophea numerabat: eiq3 protinus .l. promittit
sestertia: ut ille quidem momentarium uenenum uenderet: illa autẽ
emeret mariti sui mortem: quo conspectu simulatur necessaria præ
cordiis leniendis: biliq3 subtrahende: illa præ nobilis potio: quam sa/
cram doctiores nominant. Sed in eius uice subditur alia proserpinæ
sacra saluti. Iamq3 præsente familia & inde nonnullis amicis: & affini
bus: egroto medicus poculum probe temperatum manu sua porri/
gebat. Sed audax illa mulier: ut simul & conscium sceleris amoliret:
& quam desponderat pecuniam: lucraretur coram detento calice: nõ
prius inquit medicorũ optime: non prius carissimo mihi marito tra/
des istam potionem: q̃ de ea bonam partem hauseris ipse. Vnde enim
scio: an noxium in ea lateat uenenum? quæ res utiq3 te tam prudẽtẽ
tanq3 doctum uirum nequaq̃ offendit: si religiosa uxor circa salutez
mariti sollicita: necessariam affero pietatem: qua mira despatione tru
culente fœminæ: repente perturbat medicus: excussusq3 toto cõsilio
& ob angustiam tẽporis: spatio cogitandi priuatus: anteq̃ trepidatio/
ne aliqua: uel contatiõe ipla daret male conscientiæ suspicionem: indi
dem de potione gustant ampliter: quam fidem secutus adolescens &
sumpto calice qđ offerebatur hausit. Ad istũ modũ pñti transacto
negotio: medicus q̃ celerrime domum remeabat: salutifera potiõe pe/
stem præcedentis ueneni festinans extinguere: nec eum obstinatione
sacrilega: qua semel cæperat: truculenta mulier ungue latius a se di/
scedere passa est: prius q̃ inquit digesta potione: medicine euentus p/
batus appareat: sed egra precibus & obstinationibus eius: multuz ac
diu fatigata tandem abire concessit. Interdum perniciem cæcam totis
uisceribus furentem: medulle pœnitus attraxerant: multum deniq3
saucius & grauedine sonnolẽtaiam demersus domũ puadit egerrime
uixq3 enarratis cunctis ad uxorem: mandat saltem p̃missaz mercedez
mortis geminate deposceret. Sicq3 Elisus uiolenter spectatissimus
medicus effudit spirituz: nec ille tamen iuuenis diuti? uitã tenuerat:

Prenobilis potio: quã sacrã doctiores nominant.

ſed interfictas mentitaſq3 lachrymas uxoris pari caſu mortis fuerat extinctus. Iamque eo ſepulto paucis interiectis diebus qs feralia mortuis litantur obſequia: uxor medici precium geminæ mortis petens. aderat: ſed mulier uſquequaq3 ſui ſimilis fidei ſupprimens faciem: prætendens imaginem: blandicule reſpondit: & omnia prolixe accumulateque pollicetur: & ſtatutū premiū ſine mora ſe reddituram cō ſtituit: modo pauxillum de ea potione largiri ſibi uelleret ad incepti negotii perſecutionē. quid pluribus laqueis fraudiū peſſimaꝝ uxor inducta medici facile conſenſit. & quo ſe gratiorem locupleti fœmīæ faceret: ꝑpiter domo petita: totam ꝑrſus ueneni pyxidem mulieri tradidit: quæ grandem ſceleꝝ nacta materiam longe lateq3 cruentas ſuas manus porrigit. Habebat filiam puulam de marito quē nup necauerat. huic infantulę quod leges neceſſariam patris ſucceſſionę3 deferrent. ſuſtinebat egerrime: inhianſq3 toto filiæ patrimonio īmi/nebat. & captu ergo certa defunctoꝝ liberorum matres ſceleratas hæreditates excipe talem parentē præbuit qualem exhibuerat uxorem: prandioq3 commento ꝑ tempore etiam uxorem medici ſimul & ſuaꝫ filiam ueneno eodē percutit. Sed paruulæ quidem tenuem ſpiritū & delicata ac tenera præcordia conficit ꝑtinus uirus infeſtum. at uxor medici dum noxiis ambagibus pulmones eius pererrat tempeſtas deteſtabilis potionis. primum ſuſpicata quod res erat mox nrgēte ſpū iam certo certior contendit ad ipſam præſidis domum: magnoque fidem eius ꝑteſtata clamore & populi concitato tumultu: utpote tam īmania detectūra flagitia: efficit ſtatim ſibi ſimul & domus & aures præſidis patefierent. Iamque ab ipſo exordio crudeliſſimæ mulieris: cunctis atrocitatibus diligenter expoſitis: repente mentis nubilo turbine correpta ſemi hiantes adhuc compreſſit labias. & attritu dentiu3 longo ſtridore reddito ante ipſos præſidis pedes exanimis corruit nec ille uir alioquin exercitus tam multiforme facinus execrate uenefice dilatione languida paſſus marceſcere: confeſtim cubicularīis mulieris attractis: in tormentorum ueritatem eruit. atque illam minus quidem q̄ mœrebatur. Sed quod dignus cruciatus aliuſ excogitari nō poterat: certe beſtiis obiiciendam pronunciauit. Talis mulieris publicitus matrimonium confaraturus ingētique angore oppido ſuſpē/ſus: expectabam diem muneris ſæpius quidem metu mortę3 mihi uolens conſciſcere: priuſquam ſceleroſę mulieris contagio maculārer: uel infamia publici ſpectaculi depudeſcere3. ſed priuatus hūana manu: priuatur digitis: ungula rotunda: atq3 mutila gladiu3 ſtringere

nequaq̃ poteram plane tenui ſpecula ſolabar clades ultimas: qđ uer in ipſo ortu iam gemmulis floridis cũcta depĩgeret: & iam purpureo nitore prata ueſtiret: & cõmodum dirupto ſpineo tegmine ſpirantes cinnameos odores ꝓmicarent roſæ: quæ me priori meo lucio redderẽt Dies ecce muneri deſtinatus aderat: ad conſeptum cauee proſequẽte populo pompatico fauore deducor: ac dũ ludicris ſcenicoꝝ choreis: primitiæ ſpectaculi dedicant: tantiſp ante portaꝫ cõſtitutus: pabuluꝫ letiſſimi graminis qđ in ipſo germinabat aditu: libẽs affectabam: ſub inde curioſos oculos patente porta ſpectaculi: proſpecto gratiſſimo reficiens: nam puelli puellæq; uirenti florentes ætatula: forma cõſpicui: ueſte nitidi: inceſſu geſtuoſi: grecanicam ſaltentes pyrrhicam: diſpoſitis ordinationibus: decoros ambitus inerrabant: nunc in orbe rotatum fluxuoſi: nunc in obliquam ſeriem connexi: & in quadratum patorem cuneati: & in caterue diſſidium ſeperati. At ubi diſcurſus reciproci multinodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit: alueo ſubducto: & complicitis ſiparis ſena diſponit. Erat mons ligneus adinſtar incliti montis illius: quẽ uates Homerus ideum cecinit: ſublimi inſtructus fabrica: conſitus uirectis: & uiuis arboribus: ſummo cacumine de manibus fabri fonte manante fluuialis aquas eliquans: capellę pauculę tondebant herbulas: & in modũ paridis priſtygii paſtoris in barbaricis amiculis humeris defluentibus pulchre incluſiatus adoleſcẽs aurea tiara cõtecto capite: pecuariũ ſimulabat magiſterium. Adeſt luculentus puer nudus: niſi q̃ ephoebica chlamida ſiniſtrum tegebat humerũ: flauis crinibus: uſqꝫquaqꝫ cõſpicuus: & inter comas eiꝰ aureæ pĩnulæ cognatiõe ſimili ſotietate ꝓminebant: quẽ caduceum: & uirgula Mercuriũ ĩdicabant. Is ſaltatorie procurrens: malumqꝫ bracteis inauratum dextera gerens: ei qui Paris uidebatur porrigit: quæ mandaret Iuppiter: nutu ſignificans: & ꝓtinus gradus citule referens: e conſpectu faceſſit. Inſeqt̃ puella uultu honeſta: in deæ Iunonis ſpecie ſimiliſ. nam & caput ſtrĩgebat diadema candida ferebat & ſceptrũ. Irrupit alia: quam putares Mineruam: caput contecta fulgenti galea: & oleaginea corona tegebatur ipſa galea: clipeum attollens: & haſtam quatiens: & qualis illa cum pugnat. Super has introceſſit alia uiſendo decore præpollens: gratia coloris ambroſei deſignans Venerẽ: qualis fuit Venꝰ: cũ fuit uirgo: nudo & intecto corpe: pfectam formoſitatẽ profeſſa: niſi q̃ tenui pallio bõbicino inumbrabat ſpectabilẽ pubẽ: quam qđẽ laciniaꝫ curioſulus uẽtꝰ ſatis amanter: nũc laſciuiẽs reflabat: ut dimota: pateret flos & atulę:

grecanicã saltãtes pyrrhicã

Describit paridis Iudicij fabulam fictam

Mõs ligneus instar Idei

Adolescens in mõum paridis

puer in mõum Mercurij

puella Iunoni similis

puella ī deę Mineruę specie similis

puella designãs venerẽ

nūc luxuriam aſpirabat ut adhærens preſſule: mēbroꝝ uoluptatem graphice laciniaret: Ipſe aūt color deæ diuiſus in ſpeciem: corpus cā/didum: quod cælo demeat: amictus cerulus quod mari remeat. Iam ſingulas uirgines quæ deæ putabantur ſui obibant comites. Iunonē quidē Caſtor & Pollux: quoꝝ capita caſſides orbate: ſtellarum apici bus inſignes contegebant. Sed & iſti caſtores erant ſcenici pueri. hæc puella uarios modulos laſciua concinnente tibya procedens: quieta & inaffectata geſticulatōe. nutibus honeſtis paſtori pollicetur ſi ſibi præmium decoris addixiſſet: ſeſe regnum totius Aſiæ tributuram. At illam quam cultus armoꝝ Mineruam fecerat duo pueri munie/bant. præliaris deæ comites armigeri: terror & metus. nūdis inſultan tes gladiis. At pone tergū tibicen hormū canebat bellicoſū: & permiſ cens bōbis grauibus tinnitus acutos: in modū tubæ ſaltationis agilis uigorem ſuſcitabat. Hæc inquieto capite & oculis in aſpectū minaci/bus: citato & in torto genere geſticulatione alacri demonſtrabat Pari di ſi ſibi formæ uictoriam tradidiſſet: fortem tropheiſque bellorū in clitum ſuis amminiculis futuꝝ. Venus ecce cum magno fauore cauee in ipſo meditullio ſcene circūfuſo populo. letiſſimoꝝ puulo/rum dulce ſubridens: conſtitit amœne. illos teretes & lacteos puellos diceres tu cupidines ueros de cælo uel mari cōmodū inuolaſſe. Nam & pinnulis & ſagittulis & habitu cetero formæ præclaræ cōgruebant & uelut nuptialis epulas obiture dñe: choruſcis præ lucebant facibꝰ. & influūt innuptaꝝ puellarum decore ſoboles. Hinc gratiæ gratiſſi/mæ. inde horæ pulcherrimæ: quæ iaculis floris ſerti & ſoluti deaꝫ ſu am propiciantes ſcitiſſimum conſtruxerūt chorum: dñe uoluptatū ueris coma blandientes. Iam tibyæ multi forabiles cantus: lydios dul citer cōſonant: quibus ſpectatorum pectora ſuaue mulcētibꝰ: longe ſuauior Venus placide cōmoueri: cūctantiqꝫ lēte ueſtigio & leuiter fluctuantes pīnulas: & ſenſim annutante capite cepit īcedere: molliqꝫ tibyarū ſono delicatis reſpōdere geſtibus. & nūc mite coniuentibus: nūc acre comminantibus: geſtire pupulis: & nōnūq̄ ſaltare ſolis ocu lis. Hæc ut primūm ante iudicis conſpectū facta eſt: uiſu brachiorū polliceri uidebatur: ſi fuiſſet deabus cæteris antelata daturam ſe nup tam Paridi forma præcipuam ſuiqꝫ cōſimilē. tūc aīo uolēti Phrigiꝰ iuuenis: malū quod tenebat aureum uelut uictoriæ calculum: puel/læ tradidit. qd ergo miramini uiliſſima capita: immo forēſia pecora: immo uero togati uulturii: ſi toti nunc iudices ſentētias ſuas precio nūdinantur: cū rerum exordio inter deum & hoīes agitatū iudiciū:

pueri in formā caſtoris & pollucis Iunonis comites.

Duo pueri terror & Metus Mineruā munientes comites ipſius dee

Cupidines & gratiarum chorus Venerē comitātes.

Veneri a phrigio Iuuene malū datur aureum uelut formoſitatis uictorię calculum.

Iudiciū paridis corruptū & uenditū grā formæ

corruperit gratia: & originalem sententiaꝫ magni Iouis consiliis: electus iudex: rusticanus & opilio lucro libidinis uendiderit: cum totius etiam suæ stirpis exitio. Sic Hercules & aliud sequens iudiciuꝫ inter inclitos achiuoꝝ duces celebratũ: uel cum falsis insimulationibus: eruditione doctrinaqꝫ præpollens: palamedes: proditiõis damnatur: uirtute marcia præpotenti præfert Vlyxes modicus Aiaci maximo. Quale autẽ & illud iudicium apud legiferos athenienses & catos illos & omnis scientiæ magistros? Nonne diuinæ prudẽtiæ senex: quem sapientia prætulit cunctis mortalibus: deus delficus: fraude & inuidia nequissimæ factionis circũuentus: uelut corruptor adolescẽtię: quam frenis coercebat: herbe pestilentis suco noxio peremptus ẽ? relinquens ciuibus ignominiæ perpetuæ maculam? Cum nunc etiaꝫ egregii philosophi sectam eius sanctissimam præoptent: & summo beatitudinis studio: iurent in ipsius nomen: sed ne quis indignatiõis meæ repræhendat impetum: secum sic reputans: ecce nunc patiemur philosophantem nobis asinum: rursus uñũ discessi reuertar ad fabulam. Postq̃ finitũ est illud Paridis iudiciũ. Iuno quidẽ cũ Minerua tristes & iratis similes sena redeunt indignationẽ repulse gestibus professe. Venus uero gaudens & hylaris leticiam saltando toto cum choro professa est. Tunc de summo montis cacumine per quandam latentem fistulam inexcelsum prorũpit imo croco diluta: sparsimqꝫ defluens pascentis circa capellas odoro perpluit hymbre: donec ĩ meliorem maculate speciem canicieꝫ propriam luteo colore mutarent. Iamqꝫ tota suaue flagrante cauea: montẽ illum ligneũ terre uorago decæpit. Ecce qdam miles per mediaꝫ plateaꝫ dirigit cursuꝫ petitur⁹: populo iam postulante: illam de publico carcere mulierẽ: quaꝫ dixi: ꝓpter multiforme scælus bestiis esse damnatam: meisqꝫ præclaris nuptiis destinatam: & tor⁹ genialis scilicet noster futurus accuratissime discernebat: lectus ĩdica testudine ꝑlucidus plumea cõgerie tumid⁹ ueste serica floridus. At ego præter pudorẽ obeundi publice concubitus: præter contagium sceleste polluteqꝫ fœminæ: metu etiaꝫ mortis cruciabar maxĩe. Sic ipse mecum reputans: ꝙ in amplexu uenereo scilicet nobis coherentibus quecũqꝫ ad exititum mulieris bestia fuisset immissa: non adeo: uel prudẽtia sollers: uel artificio docta uel abstinentia frugi: posset prouenire: ut adiacentem lateri meo laceraret mulierem: mihi uero quasi indemnato & innoxio ꝑceret. Ergo igit̃ non de pudore iam: sed de salute ipsa sollicitus: dum magister meus lectulo probe coaptando destrictus inseruit: & tota familia partim

Palamedes falso proditiõis dãnatur.
Vlixes modicus prefertur Aiaci maximo prepotenti uirtute martia.

Socrates peremptus ab athenienſibus inuidia & fraude.

miniſterio uenatiõis occupata: ptī uoluptario ſpectaculo attõita me is cogitatiõibus libeꝝ tribuebat arbitriū. nec magnope qſq̄ cuſtodiē dū tam manſuetū putabat aſinū: paulati furtiuū pedē ꝓferēs porta quæ ꝓxīa ē potitus: iam curſu me celerrimo ꝓripio. Sexq3 totis paſſuū milibus ꝓniciter cõfectis: cēchreas ꝑuado: quod oppidum audit quidē nobiliſſimæ coloniæ corinthienſiū. adluitur aūt egeo & ſardonico mari ubi portus ēt tutiſſimū nauiū receptaculū magno frequētatur populo. Vitatis ergo turbulis & electo ſecreto littore prope ipſas fluctuum aſpergines in quodam molliſſimo arenæ gremio laſſus corpus porrectus refoueo. Nam & ultimam diei metam: curriculus ſolis deflexerat: & ueſpertine me quieti traditum dulcis ſomnus oppreſſit.

EIVSDEM LIBER VNDECIMVS DE ASINO AVREO

c Irca primam ferme noctis uigiliaꝫ exprect⁹ pauore ſubito: uideo præmicantis lunæ candore nimio cõpletū orbē: cõmodū marinis emergentē fluctibus: nactuſq3 opace noctis ſilētioſa ſecreta cert⁹ ēt ſummatē deam præcipua maieſtate pollere: reſq3 ꝓruſ hūanas ipſius regi ꝓuidētia. nec tantū pecūia & ferina: ueꝝ iamiam ēt dīno ei⁹ lumīs numiniſq3 nutū uegetari. Ipſa ēt corpa terra: cælo: mariq3 nūc īcremētis cõſequenter augeri: nūc decremētis obſequēter īminui. fato. ſ. iam meis tot tā tiſq3 cladib⁹ ſatiato & ſpecie ſalutis l3 tardam ſubmīſtrante auguſtū ſpecimē deæ pñtis ſtatui deprecari: cõfeſtimq3 diſcuſſa pigra qete alacer exurgo: meq3 ꝓtin⁹ purificandi ſtudio: marino lauacro trado: ſeptieſq3 ſūmerſo fluctib⁹ capite: qd eū nūeꝝ præcipue religiõib⁹ aptiſſimū dīnus ille Pitagoras ꝓdidit: let⁹ & alacer deam præpotentem lachrymoſo uultu ſic apprecabar. Regina cæli: ſiue tu ceres alma frugū parens originalis: quæ repertu lætata filiæ: uetuſte glandis ferino remoto pabulo miti cõmõſtrato cibo: nūc eleuſiniam glebam pcolis. ſed tu cæleſtis Ven⁹: quæ primis reꝝ exordiis ſexuū diuerſitatē: generato amore ſociaſti: & æterna ſobole hūano genere ꝓpagato nunc circūfluo Paphi ſacrario coleris: ſeu Phœbi ſoror: quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato populos tantos educaſti: præclariſque nunc ueneraris delubris epheſi: ſeu nocturnis ululatibus horrenda Proſerpina: triformi facie laruales īpetus cõprimens terræ q3 clauſtra cohibens lucos diuerſos inerrans: uario cultu ꝓpiciaris:

Septenariū numerū religionibus aptissimū pythagoras ꝓdidit.

peritiam pertinentibus: legi iubebo: in quibus animaduertes: cum in eis cognitu rara: tum nomina etiam romanis inusitata: & inhodiernum: quę sciam: infecta. Ea tamen nomina labore meo: & studio: ita de græcis prouenire: ut tamen latina moneta percussa sint: uel dicant nobis Emiliane patroni tui: ubi legerint latine: hæc pronunciata uocabula de solis aquatilibus dicam: nec cætera animalia nisi ī communibus differentes attingam. Ausculta igitur quæ dicam. Iam me clamabis magica nomia ægyptio: uel babylonico ritu percensere: Possum etiam pergere: sed nō est opere ī istis diē terere: ut sit mihi tēpus aggredi ad cætera: hæc iterum quæ dixi pauca: recita: latine a me enuntiata.

Vtrum igitur putas philosopho: non secundum cynicam temeritatem rudi: & in docto: sed qui se Platonicæ scholæ meminerit: utrum ei putas turpe scire ista: an nescire? negligere: an curare? nosse quanta sit: etiam in istis prouidentiæ ratio: an de diis immortalibus matri & patri credere: Q. Enniūs edes phagitica: quæ uersibus scripsit: innumerabilia piscium genera enūerat: quæ scilicet curiose cognorat: paucos uersus memini: eos dicam. Omnibus ut clypea præstat: mustela marina. Mures sunt teni aspera: ostrea plurima abidi. Mus mitilene est pectem caradrum: quæ apud umbracię finis. Brūdusii sargus bonus est: hunc magnus si erit sume. Apriculum piscem sito primum esse tarenti. Surrenti ælopem facemus glaucum apud cumas quid. Scarum praterii cerebrum Iouis pene supræmi. Nestoris ad patriam hic capitur: magnusq3 bonusq3. Melanurum: turdum: merulamq3 umbramque marinam. Polypus corcire: caluaria pinguia carne. Purpura: marriculi: mures: dulces quoq3 echini. Alios etiam multis uersibus decorauit: & ubi gentium quisq3 eorum inueniatur: ostendit qualiter assus: aut iussulentus: optime sapiat: nec tamen ab eruditis reprehenditur: ne ego reprehendar: qui res pauciſſimis cognitas græce: latine: propriis & elegantibus uocabulis conscribo.

Cum hoc satis dixi: tum aliud accipe: quid enim tandem si medicine: neq3 instudiosus: neq3 imperitus: quæpiam remedia ex piscibus quæro: ut sane sunt plurima: cum in aliis omnib⁹ rebus eodē

naturæ munere interſperſa: atque interſeminata: tũm etiam nõ nulla in piſcibus. An remedia noſſe & ea conquerere: magi potius eſſe: q̃ medici: q̃ denique philoſophi putas? qui illis non ad queſtum: ſed ad ſuppetias uſurus eſt? Veteres quidem medici etiam carmina remedia uulnerum nominant: ut omnis uetuſtatis certiſſimus auctor Homerus docet: qui facit Vlyxi de uulnere ſanguinem profluẽtem ſiſti cantamine. Nihil enim quod ſalutis ferendæ gratia fit: erumnoſum eſt. At enĩ inquit piſcem cui rei niſi male ꝓſcidiſti? quẽ tibi Thenus cõſeruus attulit. Quaſi uero nõ pauloprius dixerim me de ꝓticulis omnium animaliũ: de ſitu earũ: deq; numero: deq; cauſa: cõſcribere? ac libros Ariſtoteli: & explorare ſtudio & augere atq; admiror: quod unum a me piſciculum inſpectum ſciatis: cum iam plurimos ubicũq; locorũ oblati ſunt: æque inſpexerim. Præſertim quod ego nihil clanculo: ſed omnia in propatulo ago. At quiuis uel extrarius arbiter aſſiſtat: more hoc & inſtituto magiſtrorum meorum qui aiũt: hominem liberũ & magnificum debere ſi queat: in primori fronte animum geſtare. hunc adeo piſciculum: quem uos Leporem marinum nominatis: plurimis qui aderant oſtendi. Nec dum etiam decerno: quid uocent. niſi quæram ſane accuratius: quod nec apud ueteres philoſophos proprietatem eius piſcis reperio. q̃q̃ ſit omniũ rariſſima. & hercule memoranda. quippe ſolus ille quantum ſciam: cum ſit cætera exoſſis. xii. numero oſſa: ad ſimilitudinẽ raliorũ ſuillorum: in uentre eius cõnexa & cathenata ſunt. quod Ariſtoteles ſi ſciſſet nunquam ꝓfecto omiſiſſet ſcripto prodere: qui aſelli piſcis ſolius omniũ in media aluo corculum ſitum pro maximo memorauit. Piſcem inquit proſcidiſti. Hoc quis ferat philoſopho crimẽ eſſe? quod lanio uel coco non fuiſſet. Piſcem proſcidiſti quod crudum id accuſas: ſi cocto uentrem ruſparet. Hepetia ſuffoderem: ita ut apud te puerulus ille Sicinus pudens ſuomet obſono dixit: eam rem non putares accurandam. At qui maius crimen eſt philoſopho comeſſe piſcis: q̃ inſpicere. an ariolis licet iecinera rimari: philoſopho contemplari non licebit? Qui ſe ſciat omnium animalium aruſpicem: omnium deum ſacerdotem. Hoc in me accuſas: quod ego & maximus in Ariſtotele miramur: cuius niſi libros bibliothecis exegeris. & ſtudioſorum manibus extorſeris: accuſare me non potes. Sed de hoc pene plura q̃ debui. Nunc præterea uide q̃ ipſi ſeſe reuincant. Aiunt mulierem magicis artibus: marinis illecebris: a me petitam: eo in tempore: quo me non negabũt in getulię mediterraneis montibus fuiſſe:

Veteres medici carmina remedia uulnerum nominãt.

Homerus.

Notandũ de lepore Marino.

Aristoteles.

ubi piſces per Deucalionis diluuia reperiantur: quod ego gratulor neſcire iſtos: legiſſe me Theophraſti quoq; & Nicandri. Cæterum me etiam beneficiis poſtularent: eum: ut quidem hoc negotium ex lectione & emulatione Ariſtoteli nactus ſum: non nihil & Platone modo adhortante: qui ait: eum qui iſta ueſtiget.

Nunc quoniam piſces horum ſatis potuerunt: accipe aliud pari q̃ ſtultitia: ſed multo tanto uanius: & nequius excogitatu: ſcierunt & ipſi argumentum piſcarium futile: & nihil futurum: præterea nouitatem eius ridiculam: quis enim fando audiuit ad maleficia magica diſquamari: & exdorſari piſcis ſolere: potius aliquid de rebus puulgatoribus: & iam creditis fingendum eſſet. Igitur ad præſcriptum opinionis & famæ confinxere puerum quempiam carmine cantatu: remotis arbitris: ſecreto loco: arula: & lucerna: & paucis cõſciis teſtibus: ubi incantatus ſit: corruiſſe poſtea neſcientem ſui excitatum.

Nec ultra iſti quidem progredi mendacio auſi: & enim fabula ut impleretur: addendum etiam illud fuit: puerum eundem multa præſagio prædixiſſe: quippe hoc emolumentum canticis accipimus præſagium: & diuinationem: nec modo uulgi opinione: uerumetiam doctorum uirorum auctoritate hoc miraculu3 de pueris confirmatur. M. Varro Memini me apud Varronem philoſophu3: uirum accuratiſſime doctum: atq; eruditum cum alia huiuſmodi tum hoc etia3 legere Trallibus de euentu Mithrydatici belli magica percontatione conſulantibus puerum in aqua ſimulacrum Mercurii contemplantem: quæ futura erant C. lx. uerſibus ceciniſſe. Fabius Itemq; Fabium cum q̃ningentos denarios perdidiſſet: ad Nigidium conſultum ueniſſe: ab eo pueros carmine inſtinctos indicaſſe: ubi locorum defoſſa eſſet crumena cum parte eorum. Cæteri ut forent diſtributi: unum etiam denarium ex eo numero habere. M. Catonem philoſophũ: quem ſe a pediſſequo in ſtipe Apollinis accepiſſe: Cato confeſſus eſt. M. Cato Hæc & alia apud pleroſq; de magiis & pueris lego æquidem: ſed dubius ſentẽtiæ ſum: dicam ne fieri poſſe: an negẽ! q̃q̃ Platoni credam: inter deos atq; homines: natura & loco medias quaſdam diuorum poteſtates interſitas: eaſq; diuinationes cunctas & magorum miracula gubernare: quin & illud mecũ reputo poſſe animũ humanũ: & puerilẽ præſertĩ ſimplicẽq;: ſeu carminũ auocamẽto: ſiue odorum delenimẽto ſoporari: & ad obliuionẽ præſentiũ externari: & pauliſper remota corpis memoria: redigi ac redire ad natura3 ſua3: quæ eſt imortalis ſcilicet;

& diuina: atq; ita ueluti quodam ſapore futura rerum præſagare. Verum enimuero. ut iſta ſeſe habent ſi qua fides hiſce rebus impertienda eſt: debet ille neſcioqui puer: prouidus. quantum ego audio: & corpore decorus atque integer deligi: & animo ſollers: & ore facūdus: ut in eo aut diuina poteſtas: quaſi bonis ædibus diuerſetur. Si tamen ea pueri in corpore includitur: aut ipſe animus experſitus: cito ad diuinationem ſuam redigatur. quæ ei prompte inſita: & nulla obliuione ſautia: & hebes facile reſumatur. Non eniꝫ ex omni ligno ut Pythagoras dicebat. debet Mercurius exculpi. Quod ſi ita eſt: nominare quis ille fuerit puer ſanus: incolumis: ingenioſus: decorus: quem ego carmine dignatus ſim initiare. Cæterum Thallus quē nominaſtis: medico potius: q̄ mago indiget. Eſt enim miſer morbo comitiali ita īfectus: ut ter aut quater die ſæpenumero: ſine ullis cantaminibus corruat: omniaque membra conflictionibus debilitet: facie ulceroſus: fronte & occipitio conquaſſatus: oculis hebes: naribus hiulc⁹: pedibus caducus. Maximus omnium magus eſt: quo præſente Thallus diu ſteterit. ita plerunque morbo ceu ſomno uergens inclinatur. Eum tamen uos carminibus meis ſubuerſum dixiſtis quod forte me coram ſemel decidit: conſerui eius plerique adſunt: quos exhiberi denunciaſtis. Poſſunt dicere homines quid in Thallo deſpiciant. cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cenare. Eodem poculo bibere. & quid ego de ſeruis? uos ipſi uidetis. negate Thallū multo prius q̄ ego Aeeam uenirem: corruere eo morbo ſolitum: me dicis ſæpenumero oſtenſum. Negant hoc conſerui eius: qui ſunt in miniſterio ueſtro? omnium rerum conuictuꝫ me fatebor: niſi de omnium conſenſu: rus diu ablegatus eſt in longinquos agros: ne familiam contaminaret. Quod ita factum nec ab illis negari poteſt. Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi. Nam ut omnis iſta accuſatio temeraria & repentina fuit: nudiuſtertius nobis Emilianus denunciauit: ut ſeruos numero quindecim apud te exhiberemus. adſunt quattuordecim qui in oppido erant. Thallus ſolus: rus ablegatus ut dixi quidem: ferme ad centeſimum lapidem longe ex oculis. Thalluſ ſolus abeſt. ſed miſimus qui eum curriculo aduehat. Interroga maxime quattuordecim ſeruos: quos exhibemus. Thallus puer ubi ſit. & q̄ ſalue agat: interroga ſeruos accuratorum meorum. non negabunt turpiſſimum puerum corpore putri & morbido: caducum: barbarum ruſticanum. Bellum uero puerum elegiſtis: quem quis ſacrificio adhibeat. cui⁹ caput cōtingat quē pulchro pallio amiciat a quo

pythagoras

Thallus

reſponſum ſperet : uellem Hercule adeſſet: tibi eum Emiliane per/
miſiſſem: ut teneres ipſe: ut interrogares : iam in media quæſtione :
hic ibidem pro tribunali oculos trucis in te inuertiſſet : faciem tuam
ſpumabundus conſpuiſſet : manus contraxiſſet : caput ſuccuſſiſſet:
poſtremo in ſinu tuo corruiſſet. Quattuordecim ſeruos: quos po
ſtulaſti : exhibeo : cur illis ad quæſtionem nihil uteris? unum pue/
rum : atq; eum caducum : requiris : quem olim abeſſe pariter mecū
ſcis? Quæ alia eſt euidentior calumnia? xiiii . ſerui petitu tuo ad/
ſunt: eos diſſimulas: unus puerulus abeſt: eum inſimulas. Poſtre
mo quid uis? puta Thallum adeſſe? uis probare eu3 præſente me cō/
cidiſſe? ultro confiteor: carmine id factu3 dicis? Hic puer neſcit: ego
non factum : reuinco: nunc caducum eſſe puerum: nec tu audebis ne
gare. Cur ergo carmini potius : q̄ morbo attribuatur eius ruina?
An euenire non potuit : ut forte præſente me idem pateretur : quod
ſæpe alias multis præſentibus? quod ſi magnum putarem: caducum
deiicere : quid opus carmine fuit? Cum incenſus gagates lapis : ut
apud phyſicos lego: pulchre & facile hunc morbum exploraret Cu
ius odore etiam in uenaliciis uulgo: ſanitatem : aut morbum uenali/
um experiantur . Etiam orbis a figulo circunactus : non difficile
eiuſdem ualitudinis hominem uertigine ſui corrigit ita ſpectaculu3
rotationis eius animum faucium debilitat : ac multo plus ad cadu/
cos conſternendos figulus ualet : q̄ magus. Tu fruſtra poſtula/
ſti: ut ſeruos exhiberem: ego non de nihilo poſtulo: ut nomines: qui
nam teſtes huic piaculari ſacro adfuerint: cum ego ruentem Thallu3
impellerem : unum omnino nominas puerulum illū Sicinium pu
dentem : cuius me nomine accuſas : is enim affuiſſe ſe dicit . Cuius
pueritia : & ſi nihil ad religionem ſuffragaretur: tamen accuſatio fi/
dem derogaret. Facilius fuit Emiliane: ac multo grauius : tete ut
ipſum diceres interfuiſſe: & ex eo ſacro capiſſe dementiri potius: q̄ to
tum negotium: quaſi ludicru3: pueris donares: puer cecidit: puer ui
dit: num etiam puer aliquis incantauit? Hic ſatis ueteratoriæ Tanno
nius pudens: cum hoc quoq; mendacium frigere : ac prope iam om/
nium uultu: & murmure exploſum uideret: ut uel ſuſpiciones quo
rundam ſpe moraretur: ait pueros alios producturu3: qui ſint equæ
a me incantati: atq; ita ad aliam ſpeciem argumenti tranſgreſſus eſt.
Quod q̄q̄ diſſimulare potui: tū ut omnia: ita hoc quoq; ultro pro/
uoco: cupio enim produci eos pueros: quos ſpe libertatis audio con/
firmatos ad mentiendum : ſed nihil amplius dico q̄ ut producant.

Gagates lapis

Postulo igitur & flagito Tannoni pudens ut expleas: quod es pollicitus: cedo pueros istos quibus confiditis: produc. nomina qui sint. mea aqua licet ad hoc utare. dic inquam Tannoni: quid taces? qd cõtaris? quid expectas? q; si hic nescit quid dixerit: aut nomina oblitus est. At tu Emiliane cede huc. dic quid aduocato tuo mandaueris: exibe pueros. quid expalluisti? quid taces? Hoccine accusare est? Hoccine tantum crimen deferre? An Claudium Maximum tantum uirum ludibrio habere: me calumnia insectari. quod si forte patronus tuus uerbo prolapsus est: & nullos pueros habes: quos producas saltem quattuordecim seruis: quos exhibui ad aliquid utere: aut cur sisti postulabas. tantam familiam magiæ accusans: de qndecim seruis denunciasti. q; si de ui accusares quot tandẽ seruos postulares. Sciũt ergo aliquid qndecim serui & occultum est: an occultum non est: & magicũ est? Alteꝝ horꝝ fatearis necesse est: aut illicitum non fuisse: in quo tot conscios non timuerim. aut si illicitum fuit: scire tot cõscios non debuisse. Magna ista quantũ ego audio: res est legibus delegata Iam inde antiqtus. xii. tabulis ꝓpter incredũdas frugũ illecebras iter dicta. Igitur & occulta non minus q̃ tetra & horribilis: plerũq; noctibus uigilata: & tenebris obstrusa: & arbitris solitaria: & carminibus murmurata cui non modo seruoꝝ: ueꝝ etiam liberoꝝ pauci adhibẽtur. & tu qndecim seruos uis interfuisse: nuptiæ ne illæ fuerũt: an aliud celebratum officium: an conuiuiũ tempestiuũ? qndecim serui sacrum magicum participant: quasi qndecim uiri sacris faciũdis creati Cui tamen rei tot numero adhibuisse: si conscientiæ nimis multi sũt? qndecim liberi homines populus est: totidem serui familia. totidem uincti ergastulum. An adiutorio multitudo eorum necessaria fuit: q diutine hostias lustralis tenerent? at nullas hostias nisi gallinas nominasti? An ut grana turis numerarent? an ut Thallum prosternerent? Mulierem etiam liberam perductam ad me domũ dixistis: eiusdem Thalli ualitudinis. Quam ego pollicitus sim curaturum: eam quoq; incantatam a me corruisse: ut uideo uos palestritam: non magum accusatum uenistis. ita omnis qui me accesserint: interdicitis cecidisse. Negauit tamen quærente te Maxime Themison medicus: a quo mulier ad inspiciendum perducta est: quicquam ultra passam: nisi quæsisse me: ecquid illi aures obtinnirent: & utra eorum magis: ubi responderit: dextram sibi aurem nimis inquietam confestim discessisse. Hic ego maxime: quanquam sedulo impræsentiarum a laudibus tuis tempero. neubi tibi ob causam istam uidear blanditus

tamen sollertiam tuam in percontando nequæo quin laudem. Dudũ enim cum agitarentur hæc: & illi incantatam mulierem dicerent: medicus qui adfuerat: abnueret: quæsisti tu nimis q̃ prudenter: qd' mihi emolumentum fuerit incantandi: responderunt ut mulier rueret. Quid deinde mortua est inquis? negarunt. Quid ergo dicitis: ꝙ Appuleii commodum: si ruisset? Ita enim pulchre ac perseueranter tertio quæsiuisti: ut qui scires omnium factorum rationes diligentius examinandas: ac sæpius causas quæri: facta concedi: eoq3 etiam patronos litigatorum causidicos nominari: ꝙ cur quæq3 facta sint: expediant. Cæterum negare factum: facilis res est: & nullo patrono indiget recte factum: uel perperam docere: id uero multo arduum & difficile est. Frustra igitur an factum sit: quæritur: quod nullam malam causam habuit: ut fieret: ita facti reus: apud bonum iudicem scrupulo quæstionis liberatur: si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc quoniam neq3 incantatam: neq3 postratam mulierem probauerunt: & ego non nego petitu medici a me inspectam: dicam tibi Maxime: cur illud de aurium tinnitu quæsierim: non tam purgandi mei gratia ĩ ea re: quam tu iam præiudicasti: neq3 culpę neq3 crimini confinem: q̃ ut nequid auribus tuis: & doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam igitur: q̃ breuissime potuero: etenim admonendus es mihi: non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo Timeo: cęlesti quadaꝫ facundia uniuersum mundum molitus: postq̃ de nostri quoq3 animi trinis potestatib' sollertissime diseruit: & cur quæq3 membra nobis diuina prouidentia fabricata sint: aptissime demonstrauit: causaꝫ morborum omnium trifariam percenset. Primam causam primordiis corporis attribuit. Si ipsę elementorum qualitates: humida & frigida: & his duę aduersę non congruant: id adeo euenit: cum quæpiam earum modo excessit: aut loco demigrauit. Sequens causam morborum inest in eorum uitio: quæ iam concreta ex simplicibus elemẽtis: una tamen specie coaluerunt: ut est sanguinis species: & uisceris: & ossis: & medullę: porro illa quæ ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio in corpore concremata uarii fellis: & turbidi spiritus: & pinguis humoris: nouissima egritudinum incitamenta sunt. Quorum e numero præcipua sit materia morbi comicialis: de quo dicere exorsus sum: cum caro in humorem crassum: & spumidum inimico igni conliquæscit: & spiritum indidem parto ex candore compræssi aeris albida & tumida tabes fluit. Ea namq3 tabes: si foras corporis prospirauit: maiore dedecore: q̃ noxa diffunditur: pectoris enim

plato in Timeo causam morborũ oĩum trifariã pcensq;

p̃. cã.

2ª.

3ª.

De Morbo comiciali.

primorem cutim uitiligine insignit: & omni modis maculationibus conuariat. sed cui hæc usu uenerit: nunquam postea comiciali morbo attentatur: ita ægritudinem animi grauissimam: leui turpitudie corporis compescat. Enim uero si pernicioſa illa dulcedo intus cohibita: & bili atre ſociata uenis omnibus furens peruasit. deinde ad ſummum caput uiam molita dirum fluxum cerebro immiſcuit: illico regalem partem animi debilitat: quæ ratione pollens: uerticem hominis uelut arcem: & regiam insedit: eius quippe diuinas uias & ſapientis meatus obruit: & obturbat: quod facit minore pernicie per ſopo/rem: cum potu & cibo plenos: comitialis morbi prænuncia ſtrangulatione modice angit. ſed ſi uſqueadeo aucta eſt: ut etiam uigilantiũ capiti offundatur. tum uero repentino mentis nubilo obtorpeſcunt: & moribundo corpore ceſſante animo cadunt: eum noſtri non modo maiorem & comicialem: uerum etiam diuinum morbum: ita ut græci nuncuparunt: uidelicet quod animi partem rationalem: quæ longe ſanctiſſima eſt: eam uiolet. Agnoſcis Maxime rationem Platonis: quantum potui pro tempore perſpicue explicatam: cui ego fidez arbitratus: cauſam diuini morbi eſſe: cum illa peſtis in caput redũdauit. haud quaq̃ uideor de nihilo percontatus: an eſſet mulieri illi caput graue? ceruix torpens? tempora pulſata? auris ſonora? & cæterum quod dextræ auris crebriores tĩnitus fatebatur: ſignũ erat morbi penitus adacti. nam dextera corporis ualidiora ſunt: eoque minus ſpei ad ſanitatem relinquunt: cum & ipſa ægritudini accumbunt. Ariſtoteles adeo in probleumatis ſcriptum reliquit. quibus æque caducis a dextero morbus occipiat: eorum eſſe difficiliorem medelam. Longum eſt ſi uelim Theophraſti quoque ſententiam de eodẽ morbo recenſere. Eſt enim etiam eius ægregius liber de caducis. quibus tamen in alio libro: quem de non uidentibus animalibus conſcripſit: remedio eſſe ait exuuias ſtellionum: quas uelut ſenium more cæterorum ſerpentium: temporibus ſtatutis exuant. ſed niſi confeſtim eripias: maligno ne præſagio: an naturali ad petentia ilico conuertũtur: & deuorant. Hæc iccirco commemoraui nobilium philoſophorum diſputata: ſimul & libros ſedulo nominaui. nec ullum ex medicis aut poetis uolui attĩgere: ut iſti deſinant mirari: ſi philoſophi ſua apte doctrina cauſas morborum & remedia nouerunt. Igitur cum ad inſpiciendum mulier ægra curationis gratia: ad me perducta ſit: atque hoc & medici confeſſione: qui adduxit ad meam ratiocinationem recte factum eſſe conueniat: aut cõſtituant magi. & malefici ho/

Regalis pars animi

Diuinus Morbus

Aristoteles

Theophrastus

Ad Morbũ comiciale remedia

minis esse morbis mederi: aut si hoc dicere non audent: fateantur se i puero & muliere caducis: uanas & prorsus caducas calumnias intendisse. Immo enim si audire uerum uelis Emiliane: tu potius caduc⁹: qui iam tot calumniis cecidisti: neq; enim grauius est corpore: q̄ corde collabi: pede potius: q̄ mente corruere: in cubiculo despui: q̄ ī ipso splendidissimo cętu detestari. At tu fortasse te putas sanum: quod ñ domi contineris: sed insaniam tuam: quoquo te duxerit: sequeris. At qui si contendere uis furorem tuum: cum Thalli furore: inuenies nō permultum interesse: nisi q; thallus sibi tu etiam alii furis. Cæterum thallus oculos torquet: tu ueritatem: thallus manꝰ contrahit: tu patronos: thallus pauimentis illiditur: tu tribunalibus. Postremo ille quicquid agit: in ægritudine facit: ignorans peccat. At tu miser prudens & sciens delinquis: tanta uis morbi te instigat: falsum pro uero insimulas: infectum pro facto criminaris: quem innocentem liquido scis: tamen accusas ut nocentem. Quin etiam quod prętерii: sūt quæ fatearis nescire: & eadem rursus quasi scias criminaris. Ais enim me habuisse quædam sudariola inuoluta apud lares pontiani. Ea inuoluta quæ & cuiꝰ modi fuerint: nescisse te cōfiteris: neq; prætерea quē-q̄ esse qui uiderit: tamen illa contendis instrumenta magię fuisse. Nemo tibi blandiatur Emiliane. Non est ī accusando uersutia. ac ne impudentia quidem: ne tu arbitreris: quid igitur? Furor infœlix acerbi animi: & misera insania crudę senectutis. His enim pene uerbis cum tam graui & perspicaci iudice egisti. Habuit Apuleius quæpiam linteola inuoluta apud lares pontiani. Hæc quoniam ignoro quæ fuerint: iccirco magica fuisse contendo. Crede igitur mihi quod dico: quia id dico: quod nescio. O pulchra argumenta: & aperte crimen reuincentia: hoc fuit: quoniam quid fuerit: ignoro. Solus repertus es Emiliane: qui scias etiam illa quæ nescis: tantuꝫ super omnes stulticiæ uectus es! quippe qui sollertissimi: & acerrimi philosophorum fuerunt: ne iis quidem confidendum esse aiunt: quæ uidemus. At tu de illis quoq; affirmas: quæ neq; conspexisti unquam: neq; audisti. Pontianus si uiueret: atq; eum ītерrogares: quæ fuerint ī illo īuolucro: nescire se responderet: libertus etiam ille: qui clauis eius loci in hodiernum habet: & a uobis stat: nunq̄ se ait inspexisse: quanq̄ ipse aperiret. ut pote promus librorum: qui illic erant conditi pene quotidie & clauderet sæpe nobiscum: multo sæpius solus intraret linteum in mensa positum cerneret: sine ullo sigillo: sine uinculo. Quid ni enim magicę res in eo occultabantur: eo negligentius adseruabam: sꝫ

enim libere ſcrutandum & inſpiciendum: ſi liberet etiam auferendu3 temere exponebam: alienæ cuſtodiæ commendabam: alieno arbitrio permittebam. Quid igitur in præſentiarum uis tibi credi: quod ne Pontianus quidem ſciret: qui indiuiduo contubernio mecum uixit: id te ſcire quem nunquam uiderim niſi pro tribunali. An quod libertus aſſiduus: cui omnis facultas inſpiciendi fuit: quod is libertus nō uiderit. te qui nunquam eo acceſſeris uidiſſe? Denique ut quod non uidiſti: id tale fuerit quale dicis? At qui ſtulte ſi hodie illud ſudari olum tu intercepiſſes: quicquid ex eo promeres: ego magicum negarem: tibi adeo permitte: finge quiduis. reminiſcere: excogita: quod poſſit magicum uideri. tamen de eo tecum decertarem: aut ego ſubiectum dicerem: aut remedio acceptum: aut ſacro traditum: aut ſomno imparatum. Mille alia ſunt quibus poſſem more cōmuni & uulgatiſſima obſeruationum conſuetudine uere refutare. Nunc id poſtulas: ut quod deprehenſum & detentum. tamen nihil ad me apud bonum iudicem lederet: id inani ſuſpicione incertum & incognitum condemnet. Haud ſciam: an rurſus ut ſoles. dicas: Quid ergo illud fuit: quod linteo tectum apud lares potiſſimum depoſuiſti? Ita ne ē Emiliane: ſic accuſas ut omnia a reo percontere: nihil ipſe adferas cognitum. quamobrem piſcis: quæris. cur egram mulierem inſpexiſti? quid in ſudario habuiſti inſutum? accuſatum an interrogatum uenisti? ſi accuſatum: tu argue quæ dicis. ſi interrogatum: noli præiudicare quid fuerit. quod ideo te neceſſe eſt interrogare: quia neſcis.
Cæterum hoc quidem pacto: omnis homines rei conſtituentur: ſi ei qui nomen cuiuſpiam detulerit: nulla neceſſitas ſit probandi: omnis contra facultas percontandi. quippe omnibus ſicut forte negocium magiæ faceſſitur. quicquid omnino egerint: obiicietur. uotum in alicuius ſtatuæ femore aſſignaſti. Igitur magus es: aut cur ſignaſti? tacitas pręces in tēplo deis allegaſti. igitur magus es: aut quid optaſti? contra. nihil in templo præcatus es. igitur magus es. aut cur deos nō rogaſti. Similiter ſi poſueris donum aliquod: ſi ſacrificaueris: ſi uerbenam ſumpſeris. Dies me deficiet: ſi omnia uelim perſequi: quoru3 rationem ſimiliter calūniator flagitabit. præſerti3 quod cōditū cūq3 quod obſignatū: quod incluſū domi obſeruat: id oē eodē argumento magicū dicetur. aut e cella ꝓmptuaria in forū atq3 in iudiciū ꝓferetur. Hæc quanta ſint & cuiuſmodi Maxime: quantuſq3 camp' calūnus: hoc Emiliane tramite aperiat: quantiq3 ſudores innocētibus hoc uno ſudariolo adferantur: poſſum equidem plurib' diſputare:

Dies me deficiq.

sed faciam: quod institui: & quod non necesse est: confitebor: & interrogatus ab Emiliano: respondebo. Interrogas Emiliane: quid ī sudario habuerim: At ego q̄q̄ omnino positum ullum sudarium meū in bibliotheca. Pontiani possim negare: tñ maxime fuisse concedam: cū habeam dicere: nihil in eo inuolutum fuisse: quæ si dicam: neq3 testimonio aliquo: neq3 argumento reuincar: nemo enim qui attingerit est: unus libertus ut ais qui uiderit: tñ inquam per me licet fuerit repertissimum: sic enī si uis arbitrare: ut oliȝ Vlyxi sotii thesaurꝝ repisse arbitrati sunt: cū utrem uentosissimū manticularent. Vindicam cuiusmodi illas res in sudario obuolutas: laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geret: sacrorum pleraq3 initia in græcia ꝑticipaui. Eorum quædam signa & monumenta: tradita mihi a sacerdotibus sedulo conseruo: nihil insolitum: nihil incognitum dico: uel unius liberi patris symmyste qui adestis: scitis: quid domi condituȝ cælestis: & absq3 omnibus prophanis tacite ueneremini. At ego ut dixi multiiuga sacra: & plurimos ritus: uarias cerimōias: studio ueri & officio erga deos didici. Nec hoc ad tempus cōpono: sed abhinc ferme triennium est: cum primis diebus: qbus aeeam ueneram: publice disserens de Esculapii maiestate: eadem ista præ me tuli: & qd̄ sacra nossem ꝑcensui. Ea disputatio celebratissima est: uulgo legitur: in omniū manibus uersatur: non tam facundia mea: q̄ mentione Esculapii religiosis aeensibus cōmendata. Dicite aliquis: siq forte meminit: huiꝰ loci principiuȝ. Audis ne Maxime multos suggerentis? Immo etiam ecce liber offertur: recitari ipsa hæc iubebo: quoniam ostendis humanissimo uultu: auditiōe te ista nō grauari. Etiam ne cuiq̄ mirū uideri potest: cui sit ulla memoria religiōis: hominē tot mysteriis deū cōsciū: quædam sacroꝝ crepūdia domi adseruare? atq3 ea lineo texto inuoluere: qd̄ purissimū est rebus diuinis uelamētū: quippe lana segnissimi corꝑis excrementū pecori detracta: iam inde Orphei & Pythagor̄ scitis prophanus uestitus est: sed enī mūdissima lini seges: īter optīas fruges terra exorta: ñ modo indutui: & amictui: sanctissimis ægyptiorum sacerdotibus: sed oꝑtui quoq3 inde rebꝰ sacris usurpatur. Atq3 ego scio nonnullos: & cum primis Emilianum istum facetię sibi habere: res diuinas deridere: nam ut audio ꝑcensentibus iis: q istū nouere: nulli deo ad hoc eui supplicauit: nullum tēplū frequentauit: si fanū aliqd̄ prætereat: nephas habet: adorandi gr̄a manū labris admouere. Iste uero nec diis ruratiōis: q euȝ pascūt: ac uestiūt: segetis ullas: aut uitis: aut gregis primicias īpartit: nullum in uilla eius delubrū situ.

purissimū rebus diuinis uelamentum.

nullus locus: aut lucus cõsecratus. Et quid ego de luco: & delubro loquor? negant uidisse se qui fuere: unum saltem in finibus eius: aut lapidem unctum: aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita Charon ut iam dixi: ob oris & animi diritatem. Sed alterum quod libentius audit: ob deorum contemptum Mezentius. Qua propter facile intelligo. hasce ei tot initiorum enumerationes nugas uideri. & forsan ne ob hanc diuini contumaciam non inducat in animum: uerum esse quod dixi: me sanctissime tot sacrorum signa: & memoracula custodire. Sed ego quid de me Mezentius sentiat: manum non uorterim. Cæteris autem clarissima uoce profiteor: si qui forte adest: eorundem solemnium mihi particeps: signum dato: & audiat licet: quæ ego adseruem. Nam equidem nullo unquam periculo compellar: quæ reticenda accepi. hæc ad prophanos annunciare. Vt puto Maxime satis uideor: cui uis. uel iniquissimo animum expleſſe. Et quod ad sudarium pertineat: omnem criminis maculam detersisse: ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi: quod post ista quasi grauissimum legerunt: a suspicionibus Emiliani transcensurus. Testimonium ex libello legi audisti Gumiae cuiusdam: & desperati Lurconis: Iunii Crassi: me in eius domo nocturna sacra cum Appio Quintiliano amico meo factitasse: qui ibi mercede diuersabatur. Idque se ait Crassus: quanquam meo tempore uel Alexandriae fuerit: tamen a cæde & fumo: & auium plumis comperisse: scilicet eum cum Alexandriae Sympoſia obiret. Est enim Crassus iste: qui non inuitus de die in Ganeas correpat. In illo Cauponis nidore pinnas: de penatibus suis aduectas aucupatum: fumum domus suæ agnouisse: patrio culmine longe exortum. Quem si oculis uidit: ultra Vlyxi uota & desideria. Hic quidem est oculatus. Vlyxes fumum terra sua mergentem compluribus annis e littore prospectans: frustra captauit. Crassus in paucis: quibus abfuit mensibus: eundem fumum: sine labore in taberna uinaria sedens conspexit. Sin uero naribus nidorem domesticum præsensit uincit idem sagacitate odorandi canes: & Vulturios: cui enim cani: cui Vulturio Alexandrini cæli quicquam abusque Aeensium finibus oboleat. Est quidem Crassus iste summus Helluo: & omnis fumi non imperitus. sed profecto studio bibendi: quo solo censetur: facilius ad eum Alexandria uini aurea q̃ fumi perueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nam dicitur ante horam diei secundam: ieiunus adhuc & abstemius: testimonium istud uendidisse

Igitur ſcripſit: hæc ſe ad hũc modum comperiſſe: poſtq̃ Alexandria reuenerit: domum ſuam recta contendiſſe: ex qua iam Quintianus migrarat: ibi in ueſtibulo multas auium pinnas offendiſſe: præterea parietes fuligine deformatos: quæſiſſe cauſas ex ſeruo ſuo: quem ace reliquærit: eũq; ſibi de meis & Quintiani nocturnis ſacris indicaſſe. Quam uero ſubtiliter compoſitum: & ueriſimiliter commentum! me ſi quid eius facere uellem: non domi meæ potius facturũ fuiſſe. Quintianum iſtum qui mihi aſſiſtit: queꝫ ego pro amicitia: quæ mihi cum eo artiſſima eſt: proqꝫ eius egregia eruditiõe: & perfectiſſima eloquentia: honoris & laudis gratia nomino. Hunc igitur Quintianum ſi quas auis in cena habuiſſet: aut quod aiunt: magiæ cauſa inte remiſſet: puerum nullum habuiſſe: qui pinnas conuerteret: & foras abiiceret. Præterea fumi tantam uim fuiſſe: ut parietes atros redderet eamq; deformitatem: quoad habitauit paſſum in cubiculo ſuo Quintianum! Nihil dicis Emiliane! Non eſt ueriſimile: niſi forte Craſſus non in cubiculum reuerſus perrexit: ſed ſuo more recta ad focũ.

Vnde autem ſeruus Craſſi ſuſpicatus eſt noctu potiſſimum parietes fumigatos! an ex fumi colore! uidelicet fumus nocturnus nigrior eſt: eoq; diurno fumo differt! Cur autem ſuſpicax ſeruus: ac tam diligens: paſſus eſt Quintianum migrare: prius q̃ mundam domum redderet. Cur illę plumę quaſi plumbeæ: tam diu uſq; ad aduentum Craſſi manſerunt! nonne ſimul & Craſſus ſeruus ſuus! ſed ipſe hæc potius de fuligine & pinnis mentitus eſt! dum non poteſt nec in teſtimonio dando diſcedere longius a culina. Cur autem teſtimonium ex libello legiſtis! Craſſus ipſe. Vbi gentium eſt! An Alexandriam tedio domus remeauit: An parietes ſuos detergit: An quod uerius eſt: ex crapula helluo attemptatur! Nam equidem hæc fabra tecuꝫ heſterna die animaduerti ſatis notabiliter in medio foro: tibi Emiliane obructantem: quære a nomenclatoribus tuis Maxime quanquaꝫ eſt ille cauponibus: q̃ nomenclatoribus notior: tamen in quam interroga: an hic Iunium Craſſum aeenſem uiderint: non negabunt: exhibeat nobis Emilianus iuuenem honeſtiſſimum cuius teſtimonio nititur: quid ſit diei uides: dico Craſſum iam dudum ebrium ſtertere: aut ſecundo lauacro ad repotia cœnæ obeunda uinolentum ſudorem in balneo deſudare. Iſte cum maxime præſens per libellum loquitur: non quin adeo ſit alienatus omni pudore: ut etiam ſub oculis tuis ſi foret: ſine rubore ullo mentiretur: ſed fortaſſe nec tantulum potuit ebrius ſibi temperare: ut hanc horam ſobriæ ex-

Ad repotia cęnę

pectaret. aut potius Emilianus de consilio fecit ne eum sub tam seue
ris oculis tuis constitueret: ne tu beluam illam uulsis maxillis: fœdo
aspectu de specie improbares: cum animaduertisses caput iuuẽis bar
ba & capillo populatum: madentis oculos: cilia turgentia: rictum: sa
liuosa labia: uocem absonam: manuum tremorem: ructus. Nam pa
trimonium omne iam iam pridem abliguritum: nec quicq̃ ei de bõis
paternis supereſt: nisi una domus ad calumniam uenditandam quaz
tamen nunquam carius: quam in hoc testimonio locauit. nam temu
lentum istud mendacium tribus milibus nũmis Emiliano huic uen
didit: idque eee nemini ignoratur. Omnes hoc antequam fieret cog
nouimus: & potui denunciatione impedire: nisi scirem mendacium
tam stultum potius Emiliano: qui frustra redimebat: q̃ mihi qui me
rito contemnebam: obfuturum uolui & Emilianum damno affici: &
Crassum testimonii sui dedecore prostitui. Cæterum nudiuster
tius haud quaq̃ occulta res acta est ĩ Rufini cuiusdam domo de quo
mox dicam: intercessoribus & deprẽcatoribus ipso Rufino & Calpur
niano. quod eo libentius Rufinus perfecit: quod erat certus ad uxo
rem suam cuius stupra sciens dissimulat: non minimam partem pre
mii eius Crassum relaturum. Vidi te quoque Maxime coitionem
aduersum me: & coniurationem eorum pro tua sapientia suspicatũ.
Simul libellus ille prolatus est: totam rem uultu aspernantem. De
nique quanquam sunt soluta audacia & importuna impudẽtia præ
diti: tamen testimonio Crassi: cuius oboluisse fecez uidebant. nec ipsi
ausi sunt perlegere nec quicquam eo niti. Verum ego ista propterea
commemoraui: non quod pinnarum formidines: & fuliginis macu
lam te præsertim iudice timerem. sed ut ne impunitum Crasso foret
quod Emiliano homini rustico fumum uendidit. Vnde etiam cri
men ab illis cum pudentille litteras legerent: de cuiusdam sigilli fa
bricatione prolatum est: quod me aiunt ad magica maleficia occulta
fabrica: ligno exquisitissimo comparasse. & cum sit celati forma tur
pe & horribile. tamen impendio colore & græco uocabulo græcum
uerbum deest nuncupare. Nisi fallor: ordine eorum uestigia per
sequor: & singillatim apprehendens omnem calumnię textũ retexo.
Occulta fuisse fabricatio sigilli: quod dicitis qui potest? cuius uos
adeo artificem non ignorastis? ut ei uti præsto esset: denunciaueritis.
En adest Cornelius: Saturninus artifex uir inter suos & arte lauda
tus: & moribus cõprobatus: q tibi Maxime paulo ante diligenter sciſ
citanti: oẽm ordinem gestæ rei summa cum fide & ueritate p̃censuit.

me cum apud eu3 multas geometricas formas Gnosso uidisse3: subtiliter & ad fabre factas: inuitatum eius artificio: queda3 mechanica ut mihi elaborasset petisse: simul & aliquod simulacrum cuiuscũq3 uellet dei: cui ex more meo supplicassem: quacunq3 materia dummodo lignea exculperet. Igitur primo buxeam temptasse. Interim dum ego ruri ago: Sicinium Pontianum priuignum meum: qui factum uolebat: impetratos hebeni loculos: a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse. Ex illa potius materie rariore & durabiliore uti faceret: adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecisse: perinde ut loculi suppetebant. Ita minutatim ex tabellis compacta crassitudine mercuriolum expediri potuisse. Hæc ut dico omnia audisti. Præterea á filio Capitolinæ probissimo adolescente: qui præsens est: sciscitante te eadem dicta sunt. Pontianum loculos petisse: Pontianum Saturnino artifici detulisse: etiam illud non negatur: Põtianum a Saturnino perfectum sigillum recepisse: & postea dono mihi dedisse. His omnibus palam atq3 aperte probatis: quid omnino superest: in quo suspitio aliqua magiæ delitescat? Imino quid omnino est: quod uos manifesti mendacii non reuincat? occulte fabricatum esse sigillum dixistis: quod Pontianus splendidissimus eques fieri curauit: quod Saturninus uir grauis: & probe inter suos cognitus: i tabernula sua sedens: propalam exculpsit: quod ornatissima matrona munere suo adiuuit: quod & futurum & factum multi cum seruorum: tum amicorum: qui ad me uentitabant scirent: lignum a meto oppido: & quidẽ oppido qua situ: non piguit uos cõmentiri? quẽ quidẽ abfuisse meo tempore scitis: quẽ iussisse fieri qualicunq3 materia probatũ est. Tertiũ mendaciũ uestrũ fuit: macilẽtam uel omnino euisceratam formã diri cadaueris fabricatam: prsus horribilem & larualem. Quod si cõpertum habebatis ante euidens signũ magiæ: cur mihi ut exhiberem: nõ denuntiastis? An ut possetis in rem absentem libere mentiri? Cuius tamen falsi facultas: opportunitate quadam meæ consuetudinis: uobis adempta est. Nam morem mihi habeo quoquo eam: simulacrum alicuius dei inter libellos conditu3 gestare: eiq3 diebus festis: thure & mero: & aliquando uictimis supplicare. Dudũ ergo cũ audirem scelestũ: per q̃impudenti mendatio dictitari: iussi curriculo iret aliquis: & ex hospitio meo mercuriolũ afferret: quem mihi Saturninus iste eee fabricatus est: cedo tu eum uideant: teneant: considerent. En uobis quem scelestus ille scelestu3 nominabat. Auditis ne reclamationem omniũ q̃ adsunt? Auditis ne

hebeni loculos

mendacii ueſtri damnationem? Non uos tot calumniarum tandē diſ pudet? Hiccine eſt ſceleſtus? Hiccine ē larua? Hoccine eſt quod ap pellitabatis demonium: magicuꝫ ne iſtud? an ſolēne & cōmune ſimu lacrum eſt. Accipe quæſo Maxime: & cōtemplare bene: tam puris & tam piis manibus tuis traditur res conſecrata. En uide q̄ facies eiꝰ de cora & ſuci plena ſit: q̄ hilaris dei uultus: ut decenter utrinque lanu go malis deſerpat: ut ī capite criſpatus capillus ſub uno pilei umbra culo appareat: q̄ lepide ſuper tempora pares pinnulæ emineant. q̄ aūt feſtiue circa humeros ueſtis ſubſtricta ſit. Hūc qui ſceleſtum audet dicere: profecto ille ſimulacra deorum nulla uidet: aut omnia negli git. hunc denique qui laruam putat: ipſe eſt laruatus. ¶ At tibi Emi liane pro iſto mendacio: duat deus iſte ſuperum & inferum commea tor: utrorumq; deorum malam gratiam: ſempq; obuias ſpecies mor tuorum: quicquid umbrarum eſt uſq̄: quicquid lemurum: quicqd manium: quicquid laruarum oculis tuis oggerat. omnia noctiuꝫ oc curſacula. omnia buſtoꝝ formidamina: omnia ſepulchrorum terri culamenta. a qbus tamen æuo & merito haud longe abes. Cæteꝝ pla tonica familia. nihil nouimus niſi feſtum & lætum & ſolenne & ſupe rum: & cæleſte quin altitudinis ſtudio. ſecta iſta etiam cælo ipſo ſub limiora quæpiam ueſtigauit: & in extimo mundi tergo degit. Sit me uera dicere Maximus: qui legit in Phedro diligenter. Idem maximus optime intelligit: ut de nomine etiam uo bis reſpondeam: quis nam ſit ille non a me primo: ſed a Platone nun cupatus Quis nam ſit ille βασιλευσ. totius reruꝫ naturæ cauſa: & ratio: & origo initialis: ſummus animi genitor: æter nus animantum ſoſpitator: aſſiduus mundi ſui opifex. ſed enim ſine opera opifex: ſine cura ſoſpitator: ſine propagatione genitor: neq; lo co: neque tempore: nec ulla uice compræhenſus: eoque paucis cogi tabilis: nemini effabilis. En ultro augeo magiæ ſuſpicionem non re ſpondeo tibi Emiliane quem colam: quin ſi ipſe proconſul interroget. quid ſit deus meus: tacebo. De nomine ut im præſentiarum ſatis dixi: quod ſupereſt: nec ipſe ſū neſcius quoſdam circūſtantiū cupe audire. cur non argento uel auro. ſed potiſſimum ex ligno ſimulachrum fieri uoluerim: idque eos arbitror: non tam ignoſcendi q̄ cognoſcendi cauſa deſiderare: ut hoc etiam ſcrupulo li berentur cū uiderant omnē ſuſpicionē criminis abunde confutatam Audi igitur cui cura cognoſcere eſt. ſed aīo quantū potes erecto: & attēto: quaſi uerba ipſa Platonis iam ſenis de nouiſſimo legum libro

Laus platonicorū ſumd

βασιλευσ

De deo optimo maximoq

plato

auditurus. Hoc eo ꝓhibet: ut delubra nemo audeat priuati cõstituere: cẽ ſet eteni ſatis ciuibus ad īmolandas uictimas tẽpla publica. Deīde ſubnectit. ut oīuꝫ aſſenſus declarauit: maximæq3 q in cõſilio eſtis: cõpetentiſſime uideor uſus Platõe: ut uitæ magiſtro: ita cauſæ patrono: cuiꝰ legibꝰ obedientem me uidetis.

plato mitꝫ magiſter

APOLOGIAE CRATIO SECVNDA.

n

Vnc tempꝰ eſt ad epiſtolas Pudẽtille prauerti: uel adeo totius rei ordinem paulo altius petere: ut oībus manifeſtiſſime pateat: me quem lucri cupiditate inuaſiſſe Pudentillę domũ dictitant: ſi ullũ lucrum cogitarẽ: fugere ſp a domo iſta debuiſſe: qn & in cæteris cauſis mīme ꝓſperum matrimonium: & niſi ipſa mulier tot incõmoda uirtutibus ſuis repenſaret: inimicum. Neq3 enī ulla alia cauſa præter caſſam inuidiam reperiri poteſt: quæ iudicium iſtud mihi: & multa antea picula uitæ conflauerit. Caterũ cur Emilianus cõmoueretur: etſi uere me magum conſpexiſſet: qui non modo ullo facto: ſed ne tãtulo quidem dicto meo læſus eſt: ut uideretur ſe merito ultum ire: neq3 autem gloriæ cauſa me accuſat. ut. M. Antonius cum Carbonẽ C. Mutius. A. Albutium. P. Sulpitius. Cn. Norbanum. C. Furius: M. Aquilium. C. Curio. Q. Metellum. Quippe homines eruditiſſimi iuuenes: laudis gratia primum hoc rudimẽtũ forenſis ope ſubibant: ut aliquo īſigni iudicio ciuibꝰ ſuis noſcerent: q mos incipientibus adoleſcẽtulis: ad illuſtrandũ ingenii florẽ: apud antiquos cõceſſus diu exoleuit: qđ ſi nunc quoq3 frequẽs eẽt: tñ ab hoc ꝓcul abfuiſſet. Nam neq3 facũdiæ oſtentatio rudi & indocto: neq3 gloriæ cupido ruſtico & barbaro: neq3 inceptio patrociniorum: capulari ſeni congruiſſet: niſi forte Emilianus pro ſua ſeueritate exemplum dedit: & ipſis maleficiis infenſus: accuſationem iſtam: pro morum integritate ſuſcepit. At hoc ego Emiliano: non huic afro: ſed illi africano: & numantino: & præterea cenſorio: uix credidiſſem: ne huic frutici credam: non modo odium peccatorum: ſed ſaltẽ intellectũ ineſſe. Quid igitur eſt? Cuius clare dilucet aliam rẽ inuidia nullaꝫ eſſe: quæ hũc & Herennium Rufinum impulſorem huius de quo mox dicam: cæteroſq3 inimicos meos: ad nectendas magiæ calumnias prouocarit. Quīq3 igit̃ res ſunt: quas me oportet diſputare: nam ſi ꝓbe memini:

quod ad Pudentillam attinet: hæc obiecere. Vna res est: quod nunq̃ eam uoluisse nubere post priorẽ maritũ. sed meis carminib⁹ coactam dixere. Altera res ẽ de epistolis eius: quam cõfessionẽ magię putant. Deinde sexagesimo anno ætatis: ad libidinem nupsisse. Quod in uilla ac non in oppido: tabulæ nuptiales sint consignatæ: tertio & quarto loco obiecere. Nouissima & eadem inuidiosissima criminatio de dote fuit. ibi omne uirus: totis uiribus adnixi effudere. ibi maxime angebantur: atq; ita dixere me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostræ mulieri amanti: remotis arbitris in uilla extorsisse.

Quæ oĩa tam falsa: tam nihili: tam inania ostẽdam: adeoq; facile & sine ulla controuersia refutabo: ut mediusfidius uerear Maxime: qq; in consilio estis ne demissum & subornatum a me accusatorem putetis: ut inuidiam meam reperta occasione palam restinguerem. Mihi credite: quod res ab se intelligetur: oppidoq̃ mihi laborandum est: ne tam friuolam accusationem me potius callide excogitasse. q̃ illos stulte suscepisse existimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter persequor & efficio ut ipse Emilianus recognoscat: falso se ad inuidiam meam inductũ: & longe a uero aberrasse: necesse habeat cõfiteri: quæso uti ad huc feceritis: uel si quo magis etiam potestis: ipsum fontem & fũdamentum mendacii huiusce diligentissime cognoscatis. Aemilia Pudentilla quæ nunc mihi uxor est: ex quodam Sicinio amico: q̃ cui antea nupta fuerat: Pontianum & Pudentem filios genuit: eosq; pupillos in potestate aui relictos paterni. nam superstite patre amic⁹ decesserat. per annos ferme quattuordecim memorabili pietate sedulo aluit. non tamen libenter in ipso ætatis suæ flore tam diu uidua. Sed puerorum auus: inuitam eam conciliare studebat alteri filio suo Sicinio claro: eoq; cæteros procos absterrebat. & præterea minabatur si extrario nupsisset: nihil se filiis eius ex paternis eorũ bonis testamento relictuꝝ: quam conditionẽ cũ obstinate ꝓpositam uideret mulier sapiens: & egregie pia: ne qd filiis suis eo noĩe incõmodaret. facit qdẽ tabulas nuptiales: cũ quo uidebatur cũ Sicinio claro. ueꝝ enimuero uanis frustrationibus nuptias eludit: eo ad dum puerorũ auus fato concessit: relictis filiis eius hæredibus: ita ut Pontianus q maior natu erat: fratri suo tutor esset. Eo scrupulo liberata: cum a principibus uiris in matrimonium peteretur: decreuit sibi diutius ĩ uiduitate nõ ꝓmanendũ. qppe ut solitudinis tediũ ꝓpeti posset tamẽ egritudinem corporis ferre nõ poterat: mulier sancte pudica: tot annis uiduitatis sine culpa: sine fabula: assuetudine coniugis torpens: & diutino situ

uiscerum sautia: uiciatis intimis uteri: sæpe ad extremū uitæ discri/
men doloribus obortis examinabat: medici cū obstetricibus cōsentie/
bant: penuria matrimonii morbū quæsitum: malum in dies augeri:
egritudinem ingraueſcere: dū ætatis aliquid supsit: nuptiis ualitudi
nem medicandū. Consiliū istud cū alii approbant: tum maxīe Emi/
lianus iste: q pauloprius cōfidētissimo mēdacio adseuerabat: nunq̄ de
nuptiis Pudentillam cogitasse: prius q̄ foret magicis maleficiis a me
coacta me solum repertum: qui uiduitatem eius uelut quandam uir
ginitatem carminibus & uenenis uiolarez. Sæpe audiui non de nihilo
dici mendacem memorem oportere. At tibi Emiliane nō uenit in mē
tem priusq̄ ego aeeam uenirem: te litteras etiam uti nuberet: scripsis/
se ad filium eius Pontianum: qui tum adultus Romæ agebat. Cedo
tu epistolam: uel potius da ipsi: legat: sua sibi uoce: suisqz uerbis sese
reuincat. Est ne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu
quidem non potes: est ne tua ista subscriptio? Recita quæso clarius:
ut omnes intelligant: quantum lingua eius manu discrepet: q̄tumqz
minor illi sit mecum: q̄ secum dissentio. Scripsisti ne hæc Emiliane
quæ lecta sunt? nubere illam uelle: & debere: scio: sed quem eligat: ne/
scio. recte tu quidem nesciebas. Pudentilla enim tibi cuius infestam
malignitatem probe norat: de ipsa re tantum: cæterū de petitore nihil
fatebatur. At tu dum eam putas etiam nūc claro fratri tuo denuptu/
ram: falsa spe inductus: filio quoqz eius Pontiano: autor assentiendi
fuisti. Igitur si claro nupsisset: homini rusticano & decrepito seni:
sponte eam diceres sine ulla magia iam olim nupturisse. Quoniam
iuuenem talem qualem dicitis: elegit: coactam fecisse ais: cæterū sem/
per nuptias aspnatam: nesciisti improbe epistolam tuam de ista re te/
neri: nesciisti te tuo met testimonio conuinctum iri: quam tamen epi
stolam Pudentilla testē & indicem tuæ uoluntatis: ut quæ te leuez &
mutabilē: nec minus mēdacem: & impudētem sciret: maluit retinere:
q̄ mittere. Cæterum ipsa de ea re Pontiano filio suo Romam scripsit:
etiam causas consilii sui plene allegauit. Dixit illa omnia de ualitudi
ne nihil præterea esse: cur amplius deberet obdurare. Hereditatem
auitam longa uiduitate: cum despectu salutis suæ quæsisse: eandem
summa industria auxisse: iam deum uoluntate: ipsum uxori: fratrē
eius uirili togæ idoneos esse. Tandem aliquando se quoqz paterētur
solitudini suæ: & egritudini subuenire. Cæterum de pietate sua: & su
præmo iudicio nihil metuerēt: qualis uidua eis fuerit: talē nupta fu
turaz: recitari iubebo exēplū epistolæ hui?: ad filiū missę. Satis puto

ex istis cuius liquere posse: Pudentillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam: sed olim sua sponte a nubendo nō alienam: me fortasse præ cæteris maluisse. quæ electio tam grauis fœminæ: cur mihi crimini potius q̄ honori danda sit: non reperio. nō nihil tamen miror quod Emilianus & Rufinus id iudicium mulieris egre ferant: cum ii qui Pudentillam in matrimonium petiuerūt: æquo aīo patiantur me sibi prælatum. Quod quidem illa ut faceret filio suo potius q̄ animo obsecuta est. Ita factum: nec Emilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis litteris matris: confestim Romam aduolauit. metuens ne si quem auarum uirum nacta esset: omnia ut sæpe fit: in mariti domum conferret. ea sollicitudo nō mediocriter animū angebat: omnes illi fratrique diuitiarum spes in facultatibus matris sitę erant. Auus modicum reliquerat: mater sextercium quadragies possidebat. Ex quo sane aliquantam pecuniam: nullis tabulis: sed ut æquum erat mera fide acceptam filiis debebat. Hunc ille timorē mussitabat: aduersari propalam non audebat ne uideretur diffidere. cum in hoc statu res esset inter precationem matris & metum filii. forte ne an fato ego aduenio pergens Alexandriam: dixissem hercule: qd̄ utinam nunquam euenisset: ni me uxoris meæ respectus prohiberet: hyems anni erat. ego ex fatigatione itineris aduectus: apud appios ueteres amicos meos: quos honoris & amoris gratia nomīo: aliquaq; multis diebus decumbo. Eo uenit ad me Pontianus. nam fuerat mihi nō ita pridem ante multos annos Athenis per quosdam communis amicos conciliatus. & arto postea contubernio intime iunctus: facit omnia circa honorem meum obseruanter. circa salutem sollicite: circa amorem callide. quippe etenim uidebatur sibi peridoneum maritum matri repperisse. Cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primo quidem uoluntatem meam uerbis inuersis periclitabundus: quoniam me uiæ cupidum & conuersum ab uxoria re uidebat: orat saltem pauliſper manere: uelle se mecum proficiſci: hyemeq; alteram propter Syrtis æstus: & bestias operiendam: quod illam mihi infirmitas exemisset. multis etiam precibus me ab amicis meis appiis affert: ut sese in domum matris suæ transferat: salubriorem mihi habitationem futuram. Præterea prospectu maris qui mihi gratissimꝰ est: liberius me ex ea fruiturum. Hæc omnia adnixus impēso studio persuadet: & matrem suam suumq; fratrem puerum istum mihi cōmendat. non nihil a me in communioribus studiis adiuuantur. Augetur oppido familiaritas: interibi reualesco. Differo aliquid postu-

lantibus amicis: publice omnes qui aderant: ingenti celebritate basili-
cam qui locus auditorii erat: complentes: inter alia pleraq3 congruē-
tissima uoce insigniter acclamant: petentes ut remanerem: fieremq3 ci
uis eensium. Mox auditorio misso: Pontianus eo principio me ador-
tus: consensu3 publice uocis pro diuino auspicio interpretatā: apitq3
consilium sibi esse: si ego non nolim: matrem suam cui plurimi inhi-
ent: mecum coniungere: quoniam mihi soli ait rerum omnium con-
fidere sese & credere: ut id onus recipiam: quoniam non formosa pu-
pilla: sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur: si hæc repu
tans: formæ aut diuitiarum gratia: me ad alia cōditionem reseruarē:
neq3 pro amico: neq3 pro philosopho facturum. Nimis multa ora-
tio est: si uelim memorare: quæ ego contra responderim. Quam diu
& quotiens inter nos uerbigeratum sit quot & qualibus precibus me
aggressus: haud prius omiserit: q̄ deniq3 impetrarit: nō quin ego Pu-
dentillam: iam anno perpetim assiduo conuictu probe spectassem: &
uirtutum eius dotes explorassem: sed utpote pegrinationis cupiens ī
pedimentum matrimonii aliquantisper recusaueram: mox tamen ta-
lem fœminam nihilo segnius uolui: q̄ si ultro appetissem. Persuase-
rat idem Pontianus matri suæ: ut me aliis omnibus malet: & q̄primū
hæc perficere incredibili studio auebat: uix ab eo tantam moram im-
petramus: dum prius ipse uxorem duceret. Frater eius uirilis togæ
usum auspicaretur: tunc deinde ut nos coniungeremur. Vtinaʒ Her
cule possem: quæ deinde dicenda sunt: sine maximo causæ dispendio
transgredi: ne Pontiano: cui errore; suū deprecanti simpliciter igno
ui: uidear nunc leuitatem exprobare. Contiteor enim: qđ mihi obie-
ctum est: eum postq̄ uxorem duxerit: a conspecta fide desciuisse: ac
derepente animi mutatum: quod antea nimio studio festinarat: pari
pertinacia prohibitum isse. Deniq3 matrimoniū nostrum ne coalesce
ret: quid uis pati: quid uis facere: paratum fuisse: q̄uis omnis illa: tū
animi fœda mutatio: & suscepta contra matrem simultas non ipsi ui-
tio uortenda sit: sed socero eius eccilli. Herennio Rufino: qui unum
neminem in terris uiliorem se: aut improbiorem: aut ingnatiorem re
liquit. Perpaucis hominem q̄ modestissime potero: necessario demō-
strabo. Nisi omnino de eo reticuero: operam perdiderit: q̄ negotium
istud mihi ex summis uiribus conflauit. Hic est. n. pueruli huius ī-
stigator: hic accusationis autor: hic aduocatorum conductor: hic te
stium exemptor: hic totius calumniæ fornacula: hic Emiliani huiꝰ
fax & flagellum: idq3 apud omnis intemperantissime gloriatur: me

Descriptio neq. hoīs.

ſuo machinatu reum poſtulatum. Et ſane habet in iſtis quod ſibi plaudat. eſt enim litium omnium depector: omnium falſorum commentator: omnium ſimulationum architectus: omnium malorum ſeminarium: necnon idem libidinum: ganearumque locus: luſtrum lupanar. Iam inde ab ineunte æuo cunctis probris palam notus. olim in pueritia: priuſq; iſto caluitio deformaretur: emaſculatoribus ſuis ad omnia infanda morigerus. Mox in iuuentute ſaltandis fabulis: ex oſſis plane & eneruis. ſed ut audio indocta & rudi mollitia. Negatur enim quicq; hiſtrionis habuiſſe præter impudicitiam. In hac etiam ætate qua nunc eſt qui iſtum deperdiunt. multi ſunt honos auribus præfandus eſt. domus eius tota lenonia: tota familia contaminata: ipſe propudioſus. uxor lupa. filii ſimiles prorſus: diebus ac noctib⁹ ludibrio iuuentutis: ianua calcibus propulſata: feneſtræ canticis circũſtrepitæ: triclinium cõmeſſatoribus inquietum: cubiculum adulteris peruium. neq; enim ulli ad introeundum metus eſt: niſi qui precium marito non attulit. Ita ei lecti ſui contumelia uectigalis eſt. olĩ ſollers ſuo: nunc coniugis corpore: uulgo meret: cum ipſo plerique nec mentior cum ipſo inquam de uxoris nõctibus paciſcuntur. Iam illa inter uirum & uxorem nota colluſio: qui amplam ſtipem mulieri detulerunt: nemo eos obſeruat. Suo arbitratu aſcendũt: qui ĩamores uenere: ſigno dato pro adulteris deprehenduntur: & quaſi ad diſcendum uenerint: non prius abeunt q̃ aliquid ſcripſerit. Quid enim faciat homo miſer: ampliuſcula fortuna deuolutus: quam cũ fraude patris ex inopinato inuenerat? pater eius plurimis creditorib⁹ defeneratus: maluit retinere pecuniam q̃ pudorem. nam cum undiq; uerſum tabulis flagitaretur: & quaſi inſanus ab hominibus obuiis teneretur: flax inquit negat poſſe diſſoluere: annulos aureos & omnia inſignia dignitatis abiicit. Cum creditoribus depaciſcitur. pleraq; tamen rei familiaris in nomen uxoris callidiſſima fraude confert: ipſe egens: nudus: & ignominia ſua tectus reliquit Rufino huic: nõmentior. ſeſtercium. xxx. deuorandum. tantum enim ad eum de bõis matris liberum uenit: præter quod ei uxor ſua quottidianis dotib⁹ quæſiuit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudioſe ĩuentrem condidit: & omnimodis cohircinationibus delapidauit: ut crederes metuere: ne quid habere ex fraude paterna diceretur: homo iuſtus & morum dedit operam: quod male partum erat: ut male periret. nec quicq; ei relictum eſt ex largiore fortuna: præter ambitionẽ miſeram & profundam gulam. Cateꝛ uxor iam ꝑpe modũ uetula

& effeta: totam domũ contumeliis abnuit. Filia autẽ p aduleſcẽtulos ditiores inuitamẽto matris ſuæ: nequicq̃ circũlata: qbuſdam etiaꝫ p/cis ad expiundũ pmiſſa: miſi in facilitateꝫ Pontiani incidiſſet: fortaſſe an adhuc uidua: anteq̃ nupta: domi ſediſſet. Pontianus ei multũ qui dem dehortantibus nobis: nuptiaꝝ titulũ falſum & imaginariũ dona uit: non neſcius eam paulo ante q̃ duceret: a quodaꝫ honeſtiſſimo iu/uene: cui prius pacta fuerat: poſt ſatietatem derelictam. Venit igitur ad eum noua nupta: ſecura: & intrepida: pudore diſpoliato: flore exo leto: flammeo obſoleto: uirgo rurſum poſt recẽs repudiũ: nomẽ po/tius afferens puellæ: q̃ integritatẽ: uectabatur octaphoro: uidiſtis p/fecto qui affuiſtis: q̃ improba iuuenũ circũſpectatrix: q̃ ĩmodica ſui oſtentatrix. Quis nõ diſciplinam matris agnouit: cum in puella uide ret ĩmedicatũ os & purpuriſſatas genas! & illices oculos! dos erat a cre ditore omnis ad ternuntium pridiæ ſumpta: & quideꝫ grandior: q̃ do mus exauſta: & plena liberis poſtulabat: Sed enim iſte ut eſt rei modi cus: ſpei immodicus: pari auaricia & egeſtate: totum Pudentillę qua dragies præſumptione caſſa deuorarat: eoqꝫ me amoliendum ratus: quo facilius Pontiani facilitatem: Pudentillę ſolitudinem circunue/niret: inſit generum ſuum obiũgare: q̃ matrem ſuam mihi deſponde rat: ſuadet q̃ primum ex tanto ꝑiculo dum licet: pedem referat. Res matris ipſe potius habeat: q̃ hõi extrario ſciens tranſmittat: ni ita faci at: inicit ſcrupulum amanti aduleſcentulo: ueterator minatur ſe fili/am abducturum. Quid multis! iuuenem ſimplicem: præterea nouæ nuptæ illecebris obfrenatum: ſuo arbitratu de uia deflectit. It ille ad matrem uerborum Rufini gerulus: ſed nequicq̃ temptata eius graui tate: ultro ipſe leuitatis & inconſtantiæ increpitus: reportat ad ſoceꝫ haud mollia. Matri ſuæ prater ingenium placidiſſimum: & immobi le: iram quoqꝫ ſua expoſtulatione accẽſiſſe: nonmediocre pertinaciæ adiumentum. Reſpondiſſe eam deniqꝫ non clam ſe eſſe Rufini ex ora tione ſecum expoſtulari: eo uel magis ſibi auxilium mariti: aduerſũ eius deſperatam auaritiam compandum: hiſce auditis: exacerbatus aquæriolus iſte uxoris ſuæ ita ira extumuit: ita exarſit furore: ut in fœminam ſanctiſſimam & pudiciſſimaꝫ: præſente filio eius: digna cu/biculo ſuo diceret. Amatricem eam: me magum & ueneficum clami/taret multis audientibus: quos ſi uoles: nominabo: ſe mihi ſua manu mortem allaturum. Vix Hercule poſſum iræ moderari: ingens indi/gnatio animo oborit: tu ne effœmiatiſſime tua manu cuiq̃ uiro mor/teꝫ minitaris! At qua tandẽ manu! Philomẽæ! an Medeæ! an Clitẽ/

uectabatur octaphoro

purpurissatas genas. & illices oculos

neſtre: quas tñ cõſultas: tanta mollicia aĩ: tanta formido ferri eſt: ſine cludine ſaltas. Sed ne lõgius ab ordine digrediar: Pudentilla poſtq̃ ſi liũ uidet præter opionẽ: cõtra ſuam cẽ ſnĩam deprauatũ: rus ꝓfecta: ſcripſit ad eũ obiurgandi gr̃a illas famoſiſſimas lr̃as: qbus ut iſti aie/ bant: confeſſa eſt ſeſe mea magia in amorem inducta; demẽtare quas tamen lr̃as tabulario Põtiani præſente: & contra ſcribente Emiliano: nudiuſtertius tuo iuſſu Maxime teſtato deſcripſimus: in qb⁹ omnia contra prædicationẽ iſtoꝝ pro me reperiũtur: qq̃ etſi diſtrictius ma/ gum me dixiſſet: poſſet uideri excuſabũda: ſe filio uim meam q̃ uolũ tatem ſuam cauſari maluiſſe. an ſola Phœdra falſũ epiſtoliũ de amo re cõmentata eſt? An non omnibus mulieribus: hæc ars uſitata eſt ut cũ aliqd eiuſmodi uelle ceperũt: maluit coacte uideri. ꝙ ſi aĩo etiam ita putauit me magũ eſſe: iccirco ne magus habear: quia hoc ſcripſit Pudentilla: uos tot argumentis: tot teſtibus: tanta orõne: magu; me non ꝓbatis: illa uno uerbo ꝓbaret. Et quanto tandẽ grauius hñdum eſt: quod in iudicio ſubſcribitur: q̃ quod in epiſtola ſcribitur. Quin tu meiſmet factis: non alienis uerbis reuincis. Cæterum eadem uia multi rei cuiuſ uis maleficii poſtulabuntur: ſi ratum futurũ eſt: qd̃ quiſq; in epiſtola ſua: uel amore: uel odio cuiuſpiam ſcripſerit. Ma gum te ſcripſit Pudentilla: igitur magus es: Quid ſi conſulẽ me ſcri pſiſſet: conſul eẽm: quid enim ſi pictorem: ſi medicũ: quid deniq; ſi innocentem: nũ aliquod hoꝝ putares iccirco ꝙ illa dixiſſet. nihil ſci licet: At qui ꝓiniuriũ eſt: ei fidem in peioribus habere: cui in meliori bus nõ hẽres. poſſe lr̃as eius ad ꝓniciẽ: nõ poſſe ad ſalutem: Sed inqeti animi fuit: efflictim te amabat: cõcedo interim. nũ tñ oẽs q amantur: magi ſunt. ſi hoc forte qui amat ſcripſerit. Cedo nũc qd̃ Pudentilla me in eo tꝑe non amabat. ſiqdẽ id foris ſcripſit: quod pala; erat mihi obfuturũ: Poſtremo qd uis ſanam. an inſanam fuiſſe dum ſcriberet. ſanam dices. Nihil ergo erat magicis artibus paſſa. Inſanam reſpõde bis. Neſciit ergo qd ſcripſerit: eoq; ei fides non habenda eſt. ĩmo etia; ſi fuiſſet inſana: inſanam ſe eẽ neſciſſet. Nam ut abſurde facit qui ta/ cere ſe dicit: quod ibidem dicẽdo tacere ſeſe: nõ tacet. & ipſa ꝓfeſſiõe quod profitetur: infirmat ita uel magis hoc repugnat: Ego inſanio quod uerum non eſt. niſi ſciens dicit. porro ſanus eſt. qui ſcit: qd ſit inſania. qppe inſania ſcire ſe nõ põt: nõ magis q̃ cæcitas ſe uidere. Igit Pudentilla cõpos mentis fuit. ſi cõpotem mẽtis ſe nõ putabat. poſſũ ſi uelim pluribus. Sed mitto dialecticam. Ipſas litteras longe aliud clamantis: & quaſi dedita opera ad iudicium iſtud præparatas. & ac/

Falſum epiſtoliũ.

dialectica arg.

commodatas recitabo. Accipe tu: & lege. Vſq; dum ego iterloquar: ſubſtine puliſper quæ ſequũtur: nam ad diuerticulũ rei uentum eſt. Adhuc enĩ Maxime q̃tum equidem aĩaduerti: nuſq̃ mulier magiam nominauit: ſed ordinẽ repetiuit eundem: quẽ ego paulo prius longa uiduitate: de remedio ualitudinis: de uoluntate nubendi: de meis laudibus quas ex Pontiano cognouerat: de ſuaſu ipſius ut mihi potiſſimum nuberet. Hæc uſq; adhuc lecta ſunt. Supereſt ea pars epiſtolæ: quæ ſimiliter pro me ſcripta: in memetipſum uertit cornua: ad expellendum a me crimen magiæ: ſedulo omiſſa: memorabili laude Rufini uice mutauit: & ultro contrariam mihi opinionem quorundam cenſium: quaſi mago quæſiuit. Multa fando Maxime audiſti: & plura legendo didiciſti: non pauca experiẽdo comperiſti. Sed enim uerſutiam tam inſidioſam: tam admirabili ſcelere conflatam: negabis te unq̃ cognouiſſe: quis Palamedes? quis Siphax? quis deniq; Euribates aut Phirinondas: talem excogitaſſet? Omnes iſti quos nominaui: & ſi q̃ præterea fuerunt dolo memorandi: ſi cum hac una Rufini fallacia cõtendantur: machi prorſus & bochones uidebuntur. O mirum cõmẽtum: o ſubtilitas digna carcere: & robore: quis credat effici potuiſſe: ut quæ defenſio fuerat: eadem manentibus eiſdem litteris: ĩ accuſationem tranſuerteretur? Eſt Hercule incredibile: ſed hoc incredibile: q̃ ſit factum: probabo. Obiurgatio erat matris ad filium: q̃ me talẽ uirum: qualẽ ſibi prædicaſſet: nũc de Rufini ſententia magũ dictitaret. Verba ipſa ad hunc modum ſe habebant. Hæc ipſa uerba Rufinus: quæ græce interpoſuit: ſola excerpta: & ab ordine ſuo ſeiugata: quaſi confeſſionem mulieris circunferens: & Pontianũ per foru; ductans: uulgo oſtendebat. Ipſas mulieris litteras: illatenus qua dixi: legẽdas præbebat: cætera ſupra & infra ſcripta occultabat. Turpiora eſſe: q̃ ut oſtenderentur: dictitabat. Satis eſſe confeſſionẽ mulieris de magia cognoſci. Quid quæris? ueri ſimile omnibus uiſum. Quæ purgandi mei gratia ſcripta erant: eadem mihi immanẽ inuidiam apud impitos conſciuere. Turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus: epiſtolam ſæpe aperiens proquiritabat. Apuleius magus dicit ipſa quæ ſentit: & patitur: quid uultis amplius? Nemo erat qui pro me ferret: ac ſic reſponderet: Totaq; Sodes epiſtolam cedo. Sine omnia iſpiciaz: principio ad finem perlegam. Multa ſunt: quæ ſola prolata: calũnię poſſint uideri obnoxia: cuiauis oratio inſimulari poteſt: ſi ea quæ ex prioribus nexa ſunt: principio ſui defraudentur: ſi quædam ex ordĩe ſcriptoz ad libidinẽ ſupprimant: ſi quæ ſimulatiõis cauſa dicta ſũt:

adſeuerantis ꝓnũciatione: q̃ exprobrantis leganſ. Hæc & id genus ea q̃ merito tunc dici potuerint: ipſe ordo epiſtolæ oſtendat. At tu Emiliane recognoſce: an & hæc mecum teſtato deſcripſerit: Oro te Maxime: ſi litteræ ita ut partim uocales dicuntur: etiam ꝓpriaꝫ uocẽ uſurparent: ſi uerba ita ut poetæ aiũt: pinnis apta uulgo uolarent. nonne cumprimum epiſtolam iſtam Rufiñ mala fide excerperet: pauca legeret: multa & meliora ſciens reticeret: nonne tunc cæteræ litteræ ſceleſte ſe detineri proclamaſſent? uerba ſuppreſſa de Rufini manibꝰ foras euolaſſent? Totum forũ tumultu compleſſent? ſi quoqꝫ a Pudẽtilla miſſas. Sibi etiam quæ dicerent: mandata. ĩprobo ac nefario homini per alienas lĩras falſũ facere temptanti ne auſcultarent: Sibi potius audirent: Apuleium magię non accuſatum a Pudentilla. ſed accuſante Rufino abſolutum. Quæ omnia & ſi tum dicta non ſunt: tamẽ nũc cum magis ꝓſunt: luce illuſtrius apparent. Patent artes tuæ Rufine: fraudes hiant: detectũ mendacium eſt: ueritas olim interuerſa: nũc ſe effert. & uelut alto barathro calumnias emergit. Ad lĩras Pudentillę prouocaſtis. Litteris uinco: quarum ſi uultis extremaꝫ quoq; clauſulam audire: non ĩuidebo. Dic tu quibus uerbis epiſtolam ſi nierit mulier obcantata: uecors: amens: amans. Etiam ne amplius? reclamat uobis Pudentilla: & ſanitatem ſuaꝫ a ueſtris calũniis quodaꝫ preconio uindicat: Nubendi aũt ſeu rationem: ſeu neceſſitatem fato aſcribit: a quo multum magia remota eſt: uel potius omnino ſublata. Quæ, n. relinq̃ uis cantaminibus & ueneficiis: ſi fatũ rei cuiuſqꝫ ueluti uiolẽtiſſimus torrens: neqꝫ retineri põt: neqꝫ impelli? Igitur hac ſententia ſua Pudentilla non modo me magũ: ſed oĩno eẽ magiaꝫ negauit. Bene quod integras epiſtolas matris Pontianus ex more adſeruauit. Bene quod uos feſtinatio iudicii anteuortit: nequid in iſtis litteris ex ocio nouaretis. Tuum hoc Maxime: tuæqꝫ ꝓuidentiæ beneficiũ eſt quod a principio intellectas calũnias: ne corroborarent tẽpore: præcipitaſti & nulla impartita mora ſubneruaſti. Finge nũc aliquid matrem filio ſecretis litteris de amore uti aſſolet: confeſſaꝫ. hoccine uerum fuit Rufine: hoc non dico pium: ſed ſaltem humanum: ꝓmulgari eas lĩras & potiſſimũ filii preconio publicari. Sed ſum ego inſcius qui poſtulo ut alienum pudorem cõſerues. qui tuũ ꝓdideris Cur aũt præterita cõqueror cũ nõ ſint minus acerba præſentia. Huc uſqꝫ a uobis miſeꝛ iſtũ puerum deprauatũ ut matris ſuæ epiſtolas quas putat amatorias. protribunali proconſuli recitet. apud uirum ſanctiſſimum. cl. Maximum: ante has imperatoris pii ſtatuas filius

De Fato.

matris ſuæ pudenda exprobret ſtupra: & amores obiectet? Quis tam eſt mitis: quin exacerbeſcat? Tu ne ultro parentis tuæ animum in iſtis ſcrutans. oculos obſeruas? ſuſpiritus numeras? adfectiões exploras? tabulas intercipis? amorem reuincis? Tu ne qđ in cubiculo agat: perquiris? ne mater tua non dico amatrix: ſed ne omnino fœmina eſt? ne tu in ea cogitas: niſi unam parentis religionem? O infœlix uterum tuum Pudentilla o ſterilitas liberis potior. o infauſti decem menſes. o ingrati. xiiii. anni uiduitatis: uipera ut audio: exeſo matris utero in lucem proſerpit: atq; ita parricidio gignitur. At enim tibi a filio iam adulto: acerbiores morſus uiuenti & uidenti offeruntur: ſilentium tuum laniatur: pudor tuus carpitur: pectus tuum foditur: uiſcera ĩtima protrahuntur. Haſcine gratias bonus filius matri reſpondes: ob datam uitam? ob acquiſitam hereditatem: ob. xiiii. annorum longas alimonias. Hiſcine te patruus diſciplinis erudiuit: ut ſi compertum habeas: filios tibi ſimiles futuros: non audeas ducere uxorem: Eſt ille poetæ uerſus non ignot̃. Odi puerulos præcoci ſapientia. ſed enim malicia præcoci puerum. Quis non auerſetur: atq; oderit: cum uideat uelut monſtrum quoddam: prius robuſtos ſcelere q̃ tempore: ante nocentem q̃ potentem: uiridi pueritia: cana malicia: uel potius hoc magis noxium: q̃ cum uenia pernicioſus eſt: & nondum pene: iam iniuriæ ſufficit: iniuriæ dico immo enim ſceleri aduerſum parentem nefando immani impetibili. Athenienſes quidem propter cõmune ius humanitatis: ex captiuis epiſtolis Philippi macedonis hoſtis ſui: uanam epiſtolam: cum ſingulæ publice legerentur: recitari prohibuerunt: quæ erat ad uxorem Olympiadem conſcripta: hoſti potius pepercerunt: ne maritale ſecretum diuulgarent: præferendum rati fas commune: proprie ultioni. Tales hoſtes aduerſus hoſtem. Tu qualis filius aduerſus matrem: uides q̃ſimilia contendam: Tu tamen filius matris epiſtolas de amore ut ais ſcriptas: in iſto cœtu legis in quo ſi aliquem poetam laſciuiorem iubereris legere: profecto non auderes: pudore tamen aliquo impedirere: immo enim nunq̃ matris tuæ litteras attigiſſes: ſi ullas alias litteras attigiſſes: ad quas auſus es tuam ipſi' epiſtolã legendam dare: quas nimis irreuerenter: nimis cõtumelioſe: & turpiter de matre tua ſcriptam: cum adhuc in eius ſinu alerere: miſeras clanculo ad Pontianum: ſcilicet ne ſemel peccaſſes: ac tam bonum tuum factum obtuto capeſceret. Miſer non intelligis iccirco patruum tuum hoc fieri paſſum: quo ſe omnibus purgaret: ſi ex litteris tuis noſceretur: te etiam prius q̃ ad eum cõmigraſſes: etiam

cū matri blandirer̄e. tū iam tū uulpionē & īpiū fuisse. Cæteꝝ neqꝫ in aīuꝫ inducere: tam stultū Emilianū esse ut arbitret̄ mihi lr̄as pueri & eiusdē accusatoris mei obfuturas. Fuit & illa cōmenticia epistola: ne qꝫ mea manu scripta: neqꝫ ueriſimiliter cōficta: qua uideri uolebant blanditiis a me mulierē sollicitatam. Cur ergo blandirer si magię cō fidebam? qua aūt uia ad istos puenit epistola: ad Pudentillam. s. per aliquē fidelē missa: ut ī re tali actitari solet? cur præterea taꝫ uitiosis uerbis: taꝫ barbaro sermōe ego cōscriberē: quē iidē dicūt nequaquaꝫ græce linguæ īpitū? Cur aūt tam absurdis tanqꝫ tabernariis blandici is subagitarē: quē iidē aiūt uersib⁹ amatoriis satis scite lasciuire? Sic ē pfecto cuiuis palam ē. Hic q epistolam Pudētillę græcatiorē legere ñ poterat: hanc ut suaꝫ facili⁹ legit: & apti⁹ cōmēdauit. Sed iam de epistolis satis dictū hēbo: si hoc unū addidero: Pudētillam quæ scripserat dissimulamēti causa & deridiculi post hasce lr̄as euocasse ad se filios: & nuꝫ cū his ferme duobus mēsib⁹ cōuersatam dicat hic pius filius qd in eo tēpore secus agentē uel loquentē matrē suam pp īsaniaꝫ uiderit. neget eam rationibus uilliconū: & opilionū: & equisionum: sollertissime subscripsisse. neget fratrem suum Pontianum grauiter ab ea monitum: ut sibi ab insidiis Rufini caueret. Neget uere obiurgatum: quod litteras quas ad eum miserat: uulgo circuntulisset. nec tamen bona fide legisset. Neget post ista quæ dixi: matrem suam mihi apud uillam iam pridem condicto loco nupsisse. Quippe ita placuerat in suburbana uilla potius ut coniungeremur: ne ciues denuo ad sportulas conuolarent. cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummum in populum expunxisset ea die: qua Pontianus uxorem duxit: & hic puerulus toga est inuolutus. Præterea ut conuiuiis multis ac molestiis supersederemus: quæ ferme ex more nouis maritis obeunda sunt. Habes Emiliane causam totaꝫ: cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam: non in oppido sint: sed in uilla suburbana consignatę: ne quinquaginta milia nummum denuo profundenda essent: nec tecum aut apud te cenandum esset. Estne causa idonea? Miror tamen quod tu a uilla tantopere abhorreas: qui plerūque rure uersere. Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus nunq̄ scilicet ad hunc modum interdicit: Vxorem in uilla ne ducito. Immo si uerum uelis: uxor ad prolem: multo auspicatius in uilla q̄ in oppido ducitur. In solo uberi: q̄ in loco sterili. In agri cespite: q̄ in fori Cilice. Mater futura in ipso materno: si nubat in segete: adulta super fœcundam glebam: uel enim sub ulmo marita cubet

De Vxore

in ipſo gremio terræ: matres inter ſoboles herbarum: & propagines uitium: & arborum germina: ibi & ille celeberrimus in comœdiis uerſus de proximo congruit.

Romani

Romanorum etiam maioribus: quintiis & ſerranis: & multis aliis ſimilibus: non modo uxores: uerum etiam conſulatus: & dictaturæ in agris offerebantur. Cohibebam me in tam prolyxo loco: ne tibi gratum faciam: ſi uillam laudauero. De ætate uero Pudentille: de qua poſt iſta ſatis confidenter mentitus es: ut etiam. lx. annos natam diceres nupſiſſe: de ea paucis tibi reſpondebo. Nam in re tam perſpicua non opus eſt pluribus diſputare. Pater eius natam ſibi filiam: more cæterorum profeſſus eſt: tabulæ eius partim tabulario publico: partim domo adſeruantur. Quæ tibi ob os obiiciuntur: porrige Emiliano tabulas iſtas: lignum conſideret: ſigna quæ impreſſa ſunt: recognoſcat: conſules legat: annos computet: quos. lx. mulieri aſſignabat probet quinq; & quinquaginta: luſtro mentitus eſt: parum hoc eſt: liberalius agam. Nam & ipſe Pudentille multos annos largit⁹ eſt.

Mezentius

Redonabo igitur uiciſſim. Decem annos Mezentius cum Vlyxe errauit: quinquaginta ſaltem annorum mulierem oſtendat. Quid multis? ut cum quadruplatore agam: bis duplum quinquennium faciam. xx. annos ſemel detraham. Iube maxime conſules conputari: niſi fallor inuenies nunc Pudentille haud multo amplius. xl. annum ætatis ire. O falſum audax & nimium. o mendatium. xx. annorum exilio puniendum: dimidio tanta Emiliane mentiri falſa audeas ſeſquialtera? Si. xxx. annos pro decem dixiſſes: poſſes uideri pro computationis geſtu erraſſe: quos circulare debueris digitos: aperuiſſe. Cum uero. xl. quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificantur: ea. xl. tu dimidio auges: non potes digitorum geſtu erraſſe: niſi forte. xxx. annorum Pudentillam ratus: binos cuiuſq; anni conſules numeraſti. Miſſa hæc facio: uenio nunc ad ipſum ſtirpem accuſationis: ad ipſam cauſam maleficii: reſpondeat Emilianus & Rufinus ob quod emolumentum: & ſi maxime magus forem: Pudentillam carminibus & uenenis ad matrimonium pellexiſſem. Atq; ego ſcio pleroſq; reos alicuius facinoris poſtulatos: ſi fuiſſe quæ piæ cauſæ probarentur: hoc uno ſe tamen abunde defendiſſe: Vitam ſuam procul ab huiuſmodi ſceleribus abhorrere: nec id ſibi obeſſe debere: q̄ uideantur quædam fuiſſe ad maleficium perpetrandum inuitamẽta: non enim oĩa quæ fieri potuerint: pro factis habenda. Rerũ uices uarias euenire: certum indicem cuiuſq; animum eſſe: qui ſemp eodẽ

ingenio ad uirtutem: uel ad malitiam moratus: firmum argumentũ
est accipiendi criminis: aut respondendi. Hæc ego q̃q̃ possim merito
dicere: tamen uobis condono. Nec satis mihi duco si me omniũ quæ
insimulastis abũde purgaui: si nusq̃ passus sum. uel exiguam suspi-
cionem magiæ consistere. reputate uobiscũ quanta fiducia innocen-
tiæ meæ: quantoq3 despectu uestri agam: si una causa uel minima fu
erit inuenta: cur ego debuerim Pudentillę nuptias ob aliquod meu3
commodum appetere: si quanlibet modicum emolumentum proba
ueritis. Ego ille sim Carinondas: uel Damigeron: uel Hismoses: uel
Ioannes: uel Apollonius: uel ipse Dardanus: uel quicunque alius
post Zoroastren & Hostanen: inter magos celebratus est: Vide quæ
so Maxime quem tumultum suscitarint. quoniam ego paucos ma-
gorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus: tam barba-
ris? doceam Rufinum. Hæc & multo plura alia nomina in bibliothe
cis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? An disputem: lon
ge aliud esse noticiam nominum: aliud artis eiusdem habere commu
nionem? nec debere doctrinæ instrumentum & eruditionis memoriã
pro confessione criminis haberi? An quod multo præstabilius ẽ tua
doctrina Claudi Maxime: tuaque perfecta eruditione fretus: cõtem-
nam stultis & impolitis ad hæc respondere? Ita potius faciam quid
illi existiment nacci non putabo: quod institui pergaz disputare: nul
lam mihi causam fuisse Pudentillam ueneficiis ad nuptias prolectan
di formam mulieris & ætatem: ipsi ultro improbauerunt: idq3 mihi
uitio dederunt: talem uxorem causa auaritiæ concupisse: atque adeo
primo dotem in congressu grandem & uberem rapuisse. Ad hæc Ma
xime longa oratione fatigare te non est consiliũ. nihil uerbis opus ẽ:
cum multo disertius ipsæ tabulæ loquantur. In qbus oia cõtra q̃ isti
ex sua rapacitate de me quoq3 coniectauerũt facta impræsentiarum
& prouisa imposterum deprehendes: iam primum mulieris locuple
tissimæ modicam dotem: neq3 eam datam. sed tantummodo ꝓmissaz
præter hæc ea conditione factam coniectionem: si nullis ex me suscep
ptis liberis uita demigrasset: ut dos omnis apud filios eius Pontianuz
& Pudentem maneret. Sin uero uno una ue superstite diem suum
obisset: uti tum diuidua pars dotis posteriori filio: reliqua prioribus
cederet. Hæc ut dico tabulis ipsis docebo. Fors fuerit ut ne sic quidez
credat Emilianus sola. ccc. milia nummum scripta: eorumque repe
titionem filiis Pudentille pacto datam: capiens ipse tu manibꝰ tuis ta
bulas istas. da ĩpulsori tuo Rufino legat: Pudeat illũ tumidi animi

Nota quorũdã Magorum.

ſui:& ambitioſe mendacitatis: quippe ipſe egens: nudus .cccc. mili/
bus nummum a creditore acceptis filiam dotauit. Pudẽtilla locuples
fœmina .ccc. milibus dotis fuit contenta:& maritum habet:& multis
ſæpe & ingentibus dotibus ſprætis:inani nomine tantule dotis conten
tum. Cæterum præter uxorem ſuam nihil computantem omnem
ſupellectilem:cunctaſq3 diuitias in cõcordia coniugis:& multo amo
re ponentem. Quanq̃ quis omnium uel exigue rerum peritus cul
pare auderet:ſi mulier uidua & mediocri forma: at non ætate medio/
cri:nubere uolens:longa dote & molli conditione inuitaſſet iuuenẽ:
Virgo formoſa & ſi ſit oppido paup: tñ abunde dotata eſt. neq3 corpore:neq3 animo:neq3 fortuna pœnitendum. Virgo for/
moſa & ſi ſit oppido pauper: tamen abunde dotata eſt: affert quippe
ad maritum nouum animi indolem:pulchritudinis gratiam: floris
De Virginitate rudimentum. Ipſa uirginitatis commendatio iure meritoq3 omni
bus maritis acceptiſſima eſt. Nam quodcunque aliud in dotem acce/
ris:potes cum libuit:ne ſis beneficio obſtrictus:omne ut acceperas:re
tribuere:pecuniam renumerare:mancipia reſtituere:domo demigra/
re:prædiis cædere: ſola uirginitas cum ſemel accepta eſt reddi nequi/
Vidua tur. Sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua au/
tem qualis nuptiis uenit:talis diuortio digreditur:nihil affert impoſ/
ſibile:ſed uenit iaꝫ ab alio præflorata: certe tibi ad quæ uelis:minime
docilis:non minus ſuſpectans nouam domum: q̃ ipſa iam ob unum
diuortium ſuſpectanda:ſiue illa morte amiſit maritum:ut ſceui om
nis mulier:& infauſti coniugii: minime appetenda: ſeu repudio di/
greſſa eſt:utramuis habeat culpã mulier: quæ aut tam intolerabilis
fuit:ut repudiaretur: aut tam inſolens:ut repudiaret:. Ob hæc &
alia uiduæ dote aucta: procos ſollicitant: quod Pudentilla quoq3 in
alio marito feciſſet:ſi philoſophum ſpernentem dotis non reperiſſet.

Age uero ſi auaritiæ cauſa mulierem concupiſſem:quid mihi uti
lius ad poſſidendam domum eius fuit:q̃ ſimultatem inter matrem &
filios ſerere? Alienare ab eius animo liberoꝝ caritatem? quo liberius
& arctius deſolatam mulierem ſolus poſſiderem. Fuit ne hoc prædo/
nis:quod eſſe uos fingitis. Ego uero quietis & cõcordiæ & pietatis au
tor:cõciliator:fauiſſor:non mõ noua odia non ſerui:ſed uetera quo/
q3 funditus extirpaui. Suaſi uxori meæ:cuiꝰ ut iſti aiunt iam uniuer
ſas opes tranſuoraram:ſuaſi iquam ac deniq3 perſuaſi:ut filiis pecu/
niaꝫ ſuam repoſcẽtibꝰ:de quo ſupra dixeraꝫ:ut eaꝫ pecuniaꝫ ſine mo/
ra redderet i prædiis: uili æſtiatis: & q̃to ipſi uolebant. Præterea ex
re familiari ſua fructuoſiſſimos agros:& grandem domum:opulẽte

ornatam. magnamq3 uim tritici & ordei & uini & olei: ceterorumq3 fructuum: seruos quoque haud minus quadringentis pecora amplius: neque pauca: neque abiecti precii donaret: ut eos & ex ea quaꝫ tribuisset parte: securos haberet. & ad cætera hæreditatis bona spe inuitaret. Hæc ego ab inuita Pudentilla. patiętur enim me uti res fuit ita dicere: ægre exauditus ingentibus precibus: inuite & irate extorsi. Matrem filiis reconciliaui. Priuignos meos primo hoc uitrici beneficio: grandi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota ciuitate. Rufinuꝫ omnes execrati: me laudibus tulere. Venerat ad nos prius: q̄ istam donationem mater perficeret: ut cum dissimili isto fratre suo Pontianus ante pedes nostros aduolutus: ueniam & obliuionem præteritorum omnium postularet: flens & manus nostras osculabundus: ac dicens pœnitere quod Rufino & similibus auscultarit. Petit postea suppliciter uti se Lolliano quoque auito. C. V. purgem: cui haud pridem tirocinio profectionis suæ fuerat a me commendatus quippe compererat ante paucos dies omnia me ut acta erant: ad eum perscripsisse. Id quoque a me impetrat: Itaque acceptis litteris Carthaginē pergit: ubi iam prope exacto consulatus sui munere: Lollianus Auitus te maxime opperiebatur. His epistolis meis lectis: pro sua eximia humanitate: gratulatus Pontiano: quod cito errorem suum correxisset: rescripsit mihi p eum. Quas litteras dii boni! Qua doctrina! Quo lepore! Qua uerborum amœnitate simul & iucunditate! prorsus ut uir bonus dicendi peritus. Scio te Maxime libenter eius litteras auditurum. Et quidem si perlegam: mea uoce pronunciabo. Cedo tu Auiti epistolas: ut quæ semper ornamento mihi fuerunt: sint nunc etiam saluti. At tu licebit aquam sinas fluere. Namque optimi uiri litteras ter & quater ab eo quantouis temporis dispendio lectitarem. Non sum nescius debuisse me post istas Auiti litteras perorare. Quem enim laudatorem locupletiorem: queꝫ testem uitæ meæ sanctiorem producam! Quem denique aduocatum facundiorem! Multos in uita mea Romani nominis disertos uiros sedulo cognoui sed sum eque neminem admiratus. Nemo est hodie: quantum mea opinio fert: alicuius in eloquentia laudis ac spei: qn Auitus esse longe malit: si cum eo se remota inuidia uelit conferre. quippe oēs fandi uirtutes pene diuersæ in illo uiro congruunt. Quancunq3 orationeꝫ struxerit Auitus: ita illa erit undiq3 sui p̄fecte absoluta: ut in illa neq3 Cato grauitatē requirat: neq3 Lelius lenitatē: neq3 Gracchus ipetum: nec Cæsar calorem: nec Hortensius distributionem: nec Calu⁹

oro p̄fecte absoluta.

argutias: nec perſimoniam Saluſtius: nec opulentiam Cicero. Prorſus in qua ne omnis perſequar: ſi Auitum audias: neq; additum qcq̃ uelis: neq; detractum: neq; autem aliquid commutatum. Video Maxime q̃ benigne audias: quæ in amico tuo Auito recognoſcis. Tua me comitas: ut uel pauca dicerem de eo: inuitauit. At non uſq; adeo tuæ beniuolentiæ indulgebo: ut mihi permittam iam prope modum feſſo: in cauſa prorſus ad finem inclinata de egregiis uirtutibus eius: nunc demum incipere. Quin potius eas integris uiribus: & tempori libero ſeruem. Nunc enim mihi quod egre fero: a commemoratione tanti uiri: ad peſtes iſtas oratio reuoluenda eſt. Audes ne te ergo Emiliane cum Auito conferre? Quem ne ille bonus uirum ait: cuius animi diſputationem tam plene ſuis litteris collaudat: eum tu magiç maleficii criminis inſectabere? An inuaſiſſe me domum Pudentillę: & cõpilare bona eius: tu magis dolere debes: q̃ doluiſſet Põtianus: qui mihi ob paucorum dierum: ueſtro ſcilicet inſtinctu: ortas ſimultates: etiam abſenti apud Auitum ſatiſfecit? qui mihi apud tantum uirum gratias egit? Puta me acta apud Auitum: non litteras ipſius legiſſe: quid poſſes: uel quas quis in iſto negotio accuſare? Pontianus ipſe quod a matre donatum acceperat: meo muneri acceptum ferebat. Pontianus me uictricum ſibi contigiſſe intimis affectiõibus letabat: quod utinam incolumis Carthagine reuertiſſet: uel quoniam ſic ei fuerat fato decretum utinam tu Rufine ſummum eius iudicium nõ impediſſes: quas mihi aut coram: aut deniq; i teſtamẽto gratias egiſſet. Litteras tamen quas ad me Carthagine: uel iam adueniens ex itinere præmiſit: quas adhuc ualidus: quas iam eger: plenas honoris: plenas amoris: quæſo maxime: pauliſper recitari ſinas: ut ſciat frater eius: accuſator meus: q̃ in omnibus Mineruæ curriculum cum fratre optimæ memoriæ uiro currat. Audiſti ne uocabula quæ mihi Põtianus frater tuus tribuerat? Me parentem ſuum: me dominum: me magiſtrum: tum ſæpe alias: tum in extremo tempore uitæ uocans: poſſem tuas quoq; paris epiſtolas promere: ſi uel exiguam moram tanti putarem: potius teſtamentum illud recens tui fratris: quanq̃ imperfectum: tamen proferri cuperem: in quo mei officioſiſſime: & honeſtiſſime meminit: quod tamen teſtamentum Rufinus neq; comparari: neq; perfici paſſus: etiam pudore perditæ hereditatis: q̃ paucorũ menſium: quibus ſocer Pontiani fuit: magno quidem pręcio noctiũ computarat. Præterea neſcio quos chaldeos conſuluerat: quo lucro filiam collocaret? Qui ut audio: utinam illud non uere reſpon-

dissent: primũ eius maritum in paucis mensibus morituꝝ. Cætera enim de hæreditate: ut assolent: ad consulentis uotum confinxerunt. uerum ut dii uoluere quasi cæca bestia: incassum hiauit. Pontianus enim filiam Rufini male compertam: non modo hæredem nõ reliqt. Sed ne honesto quidem legato impartuit. quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi ducentorum fere denariorum iussit ut intelligeretur: iratus potius externasse eam q̃ oblitus præteriisse. Scripsit autem hæredes tam hoc testamento q̃ priore: quod lectum est matrem cum fratre: cui ut uides admodum puero: tandem illam filiæ suæ machinam Rufinus admouet. Ac mulierem alioqui multo natu maiorem nuperrime uxorem fratris: misero puero obiicit: & obsternit. At illæ puellæ meretricis blandimentis: & lenonis patris illectamentis captus & possessus: exinde ut frater eius animam edidit: relicta matre: ad patruum commigrauit. quo facilius: remotis nobis cæpta perficerẽtur Fauet enim Rufino Emilianus & prouẽtum cupit. Ehem recte uos ammonetis: etiam suam spem bonus patruus temperat in isto ac foueat: qui sciat intestati pueri legitimum magis q̃ iustum hæredem futurum: nollem hercule hoc a me profectum: non fuit meæ moderationis tacitas omnium suspiciones palam abrumpere. male uos q̃ suggessistis. Plane quidem si puerũ uelis: multi mirantur Emiliane tã repentinam circũ puerum istum tuam pietatẽ: postquam frater eius Pontianus est mortuus: cum antea tam ignotus illi fueris: ut sepe ne in occursu quidem: filium fratris tui de facie agnosceres. at nũc adeo patientem te ei præbes: itaque cum indulgentia corrumpis: adeo ei nulla re aduersaris: ut per hæc suspicionibus fidem facias. inuestem a nobis accepisti. Vesticipem illico reddidisti: cum a nobis regeretur: ad magistros ibat. At ab iis nunc magna fugela in Ganeum fugit. Amicos serios aspernatur: cum adolescentulis postremissimis inter scorta & pocula puer hoc eui in conuiuium agitat. Ipse domi tuæ rector: ipsæ familiæ dominus: ipse magister in conuiuio: in ludo quoque gladiatorio frequens uisitor: nomina gladiatorũ & pugnas & uulnera. plane quidem ut puer honeste ab ipso lanista docetur. Loquitur nunquam nisi punice. & si quid adhuc a matre græcissat. latine enim neque uult neque potest. Audisti Maxime pauloante phnefas priuignum meum fratrem Pontiani: diserti iuuenis: uix singulas syllabas fringultientem cum ab eo quæreres donasset ne illis mater quæ ego dicebam: me adiuuante donata. Testor igitur te Claudi Maxime: uosque qui in consilio estis uosque etiam qui tribunal me

cum adſiſtitis: hæc damna & dedecora morum eius pātruo huic: & candidato illi ſocero adſignanda: meq3 poſt hac nil boni conſulturū: quod talis priuignus curæ meæ iugu3 ceruice excuſſerit: neq3 poſtea pro eo matri eius ſupplicaturum. Nam quod pœniſſime oblitus ſu3: nuperrime cum teſtamentum Pudentilla poſt mortem Pontiani filii ſui: in mala ualitudine ſcripſerit: diu ſum aduerſus illam reniſus: ne hūc ob tot inſignes cōtumelias: ob tot iniurias exhæredaret. Elogiu3 grauiſſimum iam totum mediuſſidius perſcriptum: ut aboleret: impenſis precibus oraui. Poſtremo ni impetrarem: diuerſurum me ab ea comminatus ſum: mihi hanc ueniā tribueret: malum filium bene ficio uinceret: me inuidia omni liberaret: nec prius deſtiti: q̄ ita fecit. Doleo me hunc ſic ſcrupulum Emiliano dempſiſſe: tam inopinata3 ſemitam indicaſſe. Specta quæſo Maxime: ut hiſce auditis ſubito obſtupuerit: ut oculos ad terras demiſerit: enim longe ſecius ratus fuerat: nec immerito: mulierem filii contumeliis infectam: meis officiis deuinctam ſciebat: de me quoq3 fuit quod timeret. Quis enim uel æque ut ego ſperrens hæreditatis tamen uindicari de tam inofficioſo priuigno recuſaſſet? Hæc præcipue ſollicitudo eos ad accuſationem mei ſtimulauit: hæreditatem omnem mihi relictam: falſo ex ſua auaricia coniectauere. Soluo uos in præteritum iſto metu. Namq3 aīum meum neq3 hæreditatis: neq3 ultionis occaſio potuit loco demouere. Pugnaui cum irata matre: pro priuigno malo uitricus: ueluti pater pro optimo filio aduerſus nouercam: nec ſatis fuit: ni bone uxoris p/lyxam liberalitatem circa me: nimio plus æquo cohercerem. Cedo tu teſtamentum: iam inimico filio a matre factum: me quem iſti prædonem dicerent: uerba ſingula cum precibus præeunte. Rumpi tabulas iſtas iube Maxime: inuenies filium heredem: mihi uero tenue neſcioquid honoris gratia legatum: ne ſi quid ei humanitus attigiſſet: nomen maritus in uxoris tabulis non haberem. Cape iſta: ut matris tuæ teſtamentum. Vere hoc quidem inofficioſum. Quid ni? in quo obſequentiſſimum maritum exheredauit: inimiciſſimum filiu3 ſcripſit heredem: immo enim uero non filium: ſed Emiliani ſpes: & Rufini nuptias: ſed temulentum illud collegium: paraſitos tuos. Accipe inquam filiorum optime: & poſitis pauliſper epiſtolis amatoriis: matris lege potius teſtamentum: ſiquid quaſi inſana ſcripſit: hic reperies: & quidem mox a principio. Scinius pudens filius meus mihi heres eſto. Fateor qui hoc legerit: inſanum putabit. Hiccine fili⁹ heres: qui te in ipſo fratris ſui funere aduocata perditiſſimorum iuuenum

manu uoluit excludere e domo: quam ipsa donaueras: qui te sibi a fratre cohæredem relictum: grauiter & acerbe tulit: qui confestim te cum tuo luctu & mœrore deseruit. & ad Rufinum & Emilianum de sinu tuo aufugit: qui ibi plurimas postea contumelias dixit coraꝫ: & adiuuante patruo fecit: qui nomen tuum pro tribunalibus uētilauit qui pudorem tuum tuismet litteris conatus est publice dedecorare q̄ maritum tuum quem elegeras: quem ut ipse obiiciebat: efflictiꝫ amabas: capitis accusauit. Aperi quæso bone puer: aperi testamentum facilius insaniam matris sic probabis. Quid abnuis? Quid recusas? postquam sollicitudinem de hæreditate materna repulisti. At ego hasce tabulas Maxime hic ibidem pro pedibus tuis adiicio. Testorque me deinceps incuriosius habiturum: quid Pudentilla testamēto suo scribat. Ipse iam ut libet: matrem suam decatero exoret: Mihi ut ultra eo deprecer: locum non reliquit. Ipse iam ut sui potēs ac uir acerbissimas litteras matri dictet: iram eius deliniat: qui potuit perorare: potuit exorare. Mihi iam dudum satis est: si non modo crimīa obiecta plenissime dilui: uerum etiam radicem huius iudicii: idest hæreditatis quæsitæ inuidiam funditus sustuli: Illud etiam ne quid omnium præteream: priusq̄ peroro: falso obiectum reuincam. Dixistis me magia de pecunia mulieris pulcherrimum prædium meo nomine ēmisse. dico exiguum hærediolum sexaginta milibus nummum: id quoque non me: sed Pudentillam suo nomine emisse. Pudentillę nomen in tabulis esse. Pudentillę nomine pro eo agello tributum dependi. præsens est questor publicus: cui depensum est: Coruinus celer uir ornatus. Adest etiam tutor autor mulieris: uir grauissim⁹. & sanctissimus: omni cum honore mihi nominandus. Cassius Longinus. Quære Maxime cuius emptionis autor fuerit: quantulo precio mulier locuples agellum suum præstinarit: Testimoniū Cassii Longini tutoris: & Coruini clementis: quod recitatum est. Est ne ita ut dixi? uspiam in hac emptione nomen meum asscriptum est? Num ipsum heredioli precium inuidiosum est? Num uel hoc saltem in me collatum? Quid etiam est Emiliane quod non te iudice refutauerim: quod precium magiæ meæ repperisti? Cur ego Pudentillę animum ueneficiis flecterem? quod ex ea commodum caperem: uti dotem mihi modicam potius: q̄ amplam diceret? O præclara carmina: an ut eam dotem filiis suis magis restipularetur: q̄ penes me sineret? Quid addi ad hanc magiam potest? an uti rem familiarem suaꝫ meo adhortatu pleramqꝫ filiis cōdonasset: quæ nihil illis ante me maritū

fuerat largita? mihi quicq̃ impartiret. O graue uenefícium dicam: an ingratum beneficium? an ut teſtamẽto quod irato filio ſcribebat: filium potius: cui offenſa erat: q̃ me cui deuincta: hæredem relinquæret? Hoc quidem multis carminibus difficile impetraui. Putate uos cauſam non apud Claudium Maximum agere: uirum equum: & iuſticiæ pertinacem: ſed alium aliquem paruum & ſeuum iudicem ſubſtituite: accuſationum fautorum: cupidum condemnandi: date ei qđ ſequatur: miniſtrate: uel tantulum ueriſimilem occaſionem ſecundum uos pronuntiandi. Saltem fingite aliquid: reminiſcimini: quod reſpõderatis: qui uos ita rogarit: & quoniam omnem conatum neceſſe eſt quæpiam cauſa præcedat. Reſpondete: qui Apuleium dicitis animũ Pudentillę magicis illectamentis adortum: quid ex ea petierit? Cur fecerit? formam eius uoluerat: negatis: diuitias ſaltem concupierat? negant tabulæ dotis: negant tabulæ donationis: negant tabulæ teſtamenti: in quibus non modo non cupide appetiſſe: uerum etiam dure repuliſſe: liberalitatem ſuæ uxoris oſtenditur. Quæ igitur alia cauſa eſt. Quid obmutuiſtis? qd tacetis? Vbi illud libelli ueſtri atrox principium: nomine priuigni mei formatum. Hunc ego domiẽ Maxime rerum apud te facere inſtitui. Quin igitur addis reum magiſtrum? reum uitricum? reum depræcatorem: Sed quid deinde: plurimorum maleficiorum: & manifeſtiſſimorum. Cedo unum de plurimis. Cedo dubium: uel ſaltem obſcurum de manifeſtiſſimis. Ceterum ad hæc quæ obieciſtis innumera: binis uerbis reſpondeam. Dentes ſplendidas: ignoſce mundiciis. Specula iſpicis: debet philoſophus. Verſus facis: licet fieri. Piſces exploras: Ariſtoteles docet. Lignum conſecras: Plato ſuadet. Vxorem ducis: leges iubent. Prior natu is eſt: ſolet fieri. Lucrum ſectatus es dotis: dotalem accipe: donationem recordare: teſtamentum lege: quæ ſi omnia affatim recudi: ſi calumnias omnes refutaui: ſi in omnibus: non modo criminibus: uerum etiam maledictis: procul a culpa philoſophiæ tutus ſum: ſi philoſophiæ honorem: qui mihi ſalute mea antiquior eſt: nuſq̃ minui: immo contra ubiq; ſi cũ ſeptem pœnis eum tenui: ſi hæc ut dico: ita ſunt: poſſum ſecurius tuam exiſtimationem reuereri: q̃ poteſtatem uereri: q̃ minus graue & uerendum mihi arbitror: a proconſule damnari: q̃ ſi a tam bono: tam q; emendato uiro improbor: dixi.

FINIS LVCII APVLEII APOLOGIAE.

LVTII APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI: DE DEO SOCRATIS LIBER.

Vi me uoluistis dicere extempore: accipite rudimentum: post experimentum. Quippe pro ut mea opinio est: bono periculo periculum faciam post quam re probata meditata: sum dicturus incognita. Nec enim metuo: ne in friuolis displiceam: qui in grauioribus placui. Sed ne omnifariam noueritis. & in isto ut ait Lucilius sedico & incondito. Experimini an idem sim repentinus: qui praeparatus. Si qui tamen uestrum nondum subitaria ista nostra cognoscitis: quae scilicet audietis: pari labore quo scribimus: uenia propensiore qua legimus. Sic enim ferme assolet apud prudentes uiros esse in operibus: iudicatio resecratior: in rebus subitariis uenia prolixior. Scripta enim pensiculatiss. & examinatis. Repentinam autem noscitis simul & ignoscitis: nec iniuria. Illa enim quae scripta legimus & tacentibus nobis talia erunt: qualia illata sunt. Haec uero in praesentiarum: & quasi nobiscum patienda sunt: talia erunt: qualia uos illa fauendo feceritis. Quanto enim exinde orationi modificabor: tanto a uobis in maius tolletur. Vos enim aduerto libenter audire. perinde in manu uestra situm est: uela nostra summare & iam immittere: ne pendula & flaccida: ue restricta & caperata sint. At ego quod Aristippus dixit experiar. Aristippus ille Cyrenaiae sectae repertor: quodque malebat ipse: Socratis discipulus. Eum quidam tyrannus rogauit: Quid illi philosophiae studium tam impensum: tamq; diutinum profuisset: Aristippus respondit: ut cum omnibus inquit hominibus secure & intrepide fabularer. Verbo subito sumpta sententia est: quia de repentino oborta est. quasi uelit in materia lapides temerario interiectu poni necesse est. Neque interiecto intrinsecus pondere. neque inclinato profunde situ: neque cohibentibus ad regulam lineis. Quippe qui structum orationis huius. egomet nō e monte modo lapidem e directo caesum afferam: probe omnifariam complanatum leniter ad extremas oras ad unguem coequatum. Sed quē operi accommodem: uel inaequalitate aspera: uel lenitate lubrica: uel angulis eminula: uel rotundo uolubilia: sine regulae correctione: & mensurae parilitate: & perpendiculi sollertia. Nulla enim res potest esse eadem festinata simul & examinata. nec esse quicquam omnium:

Lucilius ipso sedico

De iis q ex tempore subitaria dicunt: & iis q preparati premeditata. Item de iis q legūt: & iis q scribunt.

pensiculatiss.

uela nra summare

caperata

Aristippus

philosophie fructus

sermo metaphoricus

N

quod habeat & laudem diligẽtiæ ſuæ ſimul: & gratiã celeritatis: præ
bui me quorundam uoluntati: qui oppido uoluerunt quæ a me deſi
derabantur: ut dicerem extempore. Et eſt Hercule formido: ne id
mihi euenerit: quod coruo ſuo euenisſe Eſopus fabulatur. Id erit:
nedum laudem hanc nouam captare apparo: illam quam ante pe-
ri: cogar amittere. ſed de Apologo quæritis? non pigebit aliquid fabu
lari. Coruus & Vulpes unam offulam ſimul uiderant: eamq; ra-
ptum feſtinabant pari ſtudio: impari celeritate: Vulpes curſu: Cor-
uus uolatu. Igitur ales beſtia præuenit: & ſecundo flatu. paſſis alis:
utrunq; prælabitur: & iam anticipat: atq; ita præda ſimul & uictoria
lætus: ſublime erectus: in quadam proxima quercu: in ſummo eius
cacumine tutus ſedit. Eoq; tamen Vulpes quo alipedem nequibat
conſequi: dolum iecit: namq; eandem arborẽ ſucceſſit: & ſubſiſtens:
cum ſuperne uictorem præda ouantem uideret: laudare aſtu adorta
eſt. Ne ego inſcita: quæ cum alite Apollinis fruſtra certauerim:
quippe cum pridem tam concinnum eſt: neq; oppido paruum: neq;
nimis grande ſit: ſed quantuſ ſatis ad uſum decoremq;: pluma mol-
lis: caput argutum: roſtrum ualidum. Iam ipſe oculis perſpicax:
unguibus tenax: nam de colore quid dicam? enimuero cum duo co-
lores præſtabiles forent piceus & niueus: quibus inter ſe nox cum die
differunt: utrunq; colorem Apollo ſuis alitibus condonauit: candi-
dum olori: nigrum coruo. Quod utinam ſicuti cigno cantum in
dulſit: ita huic quoq; uocem tribuiſſet: ne tam pulchra ales: quæ ex
omni auitio longe præcellit uiduata: delitiæ facundi dei muta uiue-
ret & elinguis. Id uero ut Coruus audit hoc ſolum ſibi præ cæte-
ris deeſſe: dum uult clariſſime clangere: ut ne ad hoc ſaltem olori cõ-
cederet: oblitus offulæ: quam mordicus retinebat: toto rictu hiauit:
atque ita quod uolatu peperat: cantu amiſit. Enimuero Vulpes
qđ curſu amiſerat: aſtu recuperauit. Eandem iſtam fabulam in
pauca cogamus: quantum poteſt fieri cohibiliter: Coruus ut ſe uo-
calem præberet: quod ſolum deeſſe tantę eius formę Vulpes ſimula-
uerat: crocitare adortus: prædam quam ore geſtabat: in ſeductricem
competiuit. Iam dudum ſcio quod hæc ſignificari flagitetis: uo-
bis latine: ut neutra pars ueſtrum: nec qui græce: nec qui latine pete-
batis: dictiõis huius expertes abiretis. Quapropter ſi ita uidetur: ſa-
tis oratio noſtra atticiſſauerit. Tempus ẽ in latiũ demigrare de græ-
cia. Nam & quæſtionis huius ferme media tenemus: & q̃tuſ mea opi-
nio ẽ: pars iſta poſterior p illa græca quæ anteuertit: nec argumentis

compẽ

Eſopi Fabula de Coruo & vulpe

Apollo ſuis alitibus condonãs colorẽ candidũ olori nigrũ coruo

Atticiſſauerit

sit effetior: nec sententiis rarior: nec exemplis pauperior: nec oratio/
ne defectior. Plato omnem naturam rerum: quæ ad animalia iure
pertineat: trifariam diuisit. Censuitque summos deos: summum:
medium: & infimum. Fac intelligas non modo loci disclusione:
uerum etiam naturæ dignitate: quæ & ipsa neque uno neque gemi/
no modo: sed pluribus cernitur. Ordiri tamen manifestius fuit a
loci dispositione. Nam perinde ut maiestas postulabat: diis immor/
talibus cælum dicauit. quos quidem deos cęlites partim uisu usur/
pamus: alios intellectu uestigamus. Ac uisu quidem cernimus.
Vos o clarissima mundi lumina: labentem cælo quæ ducitis annum.
Nec modo ista præcipua solem diei opificem: lunamque solis emu/
lam: noctis decus: seu corniculata: seu diuidua: seu pertumida: seu
plena sit: uaria ignium face: quanto longius ea cessat a sole: tanto lon
gius collustrata: pari incremento itineris: & luminis: mēsem suis acti
bus: ac de paribus dispendiis extimans. seu illa proprio: seu perpeti
candore: ut Chaldei arbitrantur: parte luminis compos: parte altera
cassa: fulgoris pro circumuersione oris: discoloris: multiuaga: pol/
lens: speciem sui uariat. seu tota proprii candoris expers. alienæ lucis
indiga. denso corpore. seu leui. ceu quodam speculo radiis solis ob/
sistit: & aduersi usurpat: ut uerbis utar Lucretii: Notaȝ iactat de cor
pore lucem. Vtraque ex animarum uera sententia est. Nec hæc po/
stea uideo sum neque de sole: neque de luna: quisquam Græcus: aut
Barbarus facile coniectauerit deos esse. nec modo istos ut dixi: ueruȝ
etiam & stellas: quæ uulgo ab imperitis nuncupantur. quæ tamen in
deflexo: & certo: & stato cursu meatus longe ordinatissimos diuinis
uicibus æternos efficiunt. Varia quippe curriculi uicissitudine
assimulant pro situ & flexu: & obstituto circulorum: quos probe cal
let. qui signorum ortus & obitus comperit in eorum uisibilium deo
rum numero. Cætera quoque sidera: qui cum Platone sentis lo/
cato arcturum, Geminos: Leonem. aliosque itidem radiantis deos:
quibus cæli chorum comptum: & coronatum suda tempestate uisi/
mus pictis noctibus. seuera gratia. toruo decore. suspicientes in hoc
perfectissimo mundi: ut ait Ennius clypeo. miris fulgoribus uaria/
ta celamina. Est aliud genus deorum: quod natura uisibus no
stris denegauit: necnon tamen intellectu eos mirabundi contempla
mur: acie mentis acrius contemplantes. quorum in numero sunt illi
duodecim numero: situnomie in duos uersus ab Ennio coarctati.
Iuno Vesta Minerua Ceres Diana Venus Mars Mercurius Iuppiter

plato oēm naturā rerū: que ad āialia iure ꝑtineat: trifaria diuidens.

De Diis Immortalibus: & cœlestib. q prima āialia dīr. pulchra descriptio.

De uarietate Lunę pulchra descriptio.

Lucretius.

Ennius.

Duodecim Dij

neptūmnūs: ūulcanus: Apollo. Ceteriq; id genus: quorum nomina quidem ſunt noſtris auribus iam diu cognita. Poſſum⁹ uero animis coniectare: per uarias utilitates in uita agenda animaduerſos in iis rebus: quibus eorū ſinguli curant. Cæterum prophanę philoſophiæ turba imperitorum: uana ſanctitudinis: priua uerę rationis: inops religionis: impos ueritatis: ſcrupuloſiſſimo cultu: inſolentiſſimo ſpiritu: deos negligit: pars in ſuperſtitionem: pars in contemptum tumida. Hos namq; cunctos deos: ī ſublimi atheris uertice locatos: ab humana contagione procul diſcretos plurimi: ſed non rite uenerantur: omnes ſed inſcie: metuunt: pauci ſed impie: diffitentur. Quos deos Plato exiſtimat ueros: incorporales: animales: neque ſine ullo: neq; exordio: ſed prorſus ac retro euiternos: corporis contagione ſua quidem natura: remotos: ingenio ad ſūmaꝫ beatitudinem pro recto: nullus extrarii boni participatione: ſed ex bono: & ad omnia competentia prono nutu facili: ſimplici: libero: & abſoluto: quorum parentem: qui omnium rerum dominator atque autor eſt: ſolum ab omnibus nexibus patiendi aliquid: gerendi ue: nulla uice ad alicuius rei mutua obſtrictum. Cur ego nunc dicere exordiar rcum Plato cęleſti facundia præditus: equiperabilia diis immortalibus diſſerens: frequentiſſime prædicet. Hunc ſolum maieſtatis incredibili quadam nimietate: & ineffabili: non poſſe penuria ſermonis humani: quauis oratione: uel modice comprehendi? uix ſapientibus uiris: cum ſe uigore animi quantum licuit: a corpore ſe mouerint intellectum huius dei: id quoque interdum uelut in arctiſſimis tenebris: rapaciſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare. Miſſum igitur hunc locum faciam: in quo non mihi quidem tantum: ſed ne Platoni quidem meo ualuerunt ulla uerba: pro amplitudine rei ſuppetere. Quid igitur faciam in rebus: mediocritatem meam: & quidem longe ſuperantibus? receptui canam: tandemque orationem de cęlo in terraꝫ deuocabo: in qua præcipuum animal homines ſumus: quanq̄ plerique ſe incuria diſciplię: ita omnibus erroribus depraua-runt: ac piacularibus ſceleribus præbuerunt: & prope exeſa manſuetudine generis ſui immane efferarunt: ut poſſit uideri nullum animal in terris homine poſtremius. Sed nunc nō de errorum diſputatione: ſed de naturæ diſtributione diſſeramus. Igitur homines ratione plaudentes: oratione pollentes: immortalibus animis moribundis membris: leuibus & anxiis mentibus: brutis & obnoxiis corporibus: diſſimillimis moribus: ſimillibus erroribns: peruicaci

audacia: pertinaci ſpe: caſſo labore: fortuna caduca. ſingulatim mor
tales: cuncti tamen uniuerſo genere perpetui. uiciſſim ſufficienda p/
le mutabiles: uolucri tempore: tarda ſapiẽtia: cita morte: querula ui
ta: terras incolunt. Habetis interim bina animalia: deos ab homini
bus plurimum differentes: loci ſublimitate: uitæ perpetuitate natu/
ræ perfectione: nullo inter ſe propinquo communicatu: cum & habi
tacula ſumma ab infimis tanta intercapedine faſtigii diſpeſcant: & ui
uacitas illic æterna: & indefecta ſit. Hic caduca & ſubſiciua: ingenia
illa ad beatitudinem ſublimata ſint: hæc ad miſerias infimata. Quid
igitur nullo ne connexu hæc natura ſeiunxit. ſed in diuinam & hu/
manam partem ſeiugatam eſſe & interruptam: & ueluti debilem paſ/
ſa eſt? Nam ut idem Plato ait: Nullus deus miſcetur hominibus.
ſed hoc præcipuum eorum ſublimitatis ſpecimen eſt: quod nulla cõ
tractione noſtra contaminatur. Pars eorum tamen ob tutu hebeti
uiſuntur: ut ſidera. de quorum adhuc & magnitudine: & coloribus
homines ambigunt. Cælo autem ſoli intellecta: neque prompto noſ
cuntur. Quod quidem mirari ſuper his immortalibus nequaquam
congruerit: cum alioquin & inter homines qui fortunæ munere opu
lentia elatus: & uſque ad regni mutabilem ſuggeſtum. & pendulum
tribunal euectus eſt: raro aditus: & longe remotis arbitriis: in quibuſ
dam dignitatis ſuæ penetralibus degens. Parit enim conuerſatio con
temptum: raritas conciliat ipſa rebus admirationem. Quid igitur
orator obiecerit aliquis: primo iſtam cæleſtem quidem. ſed pene ihu
manam tuam ſententiam miſſam faciam: ſi omnino homines a diis
immortalibus procul repelluntur. Atque ita in hæc terræ tartara re
legantur: ut omnis ſit illis aduerſus cæleſtis deos: communio denega
ta: ne quiſquam eos e cẽlitum numero uelut paſtor uel equiſio. uel
bubſequa: ſeu balantum: uel hinnientium: uel mugientium greges
interuiſat: qui ferocibus moderetur: morbidis medeatur: egenis opi/
tuletur. Nullus inquit deus humanis rebus interuenit. Cui igitur
preces allegabo. Cui uota nuncupabo. Cui uictimam cedam: Quem
miſeris auxiliatorem: quẽ fautorẽ bonis. quem aduerſatorem malis
cum uita ciebo. Quem deniq; quod frequentiſſimũ eſt: iureiurando
uti potero inter Troianos ſtirpe cognatos: & fortaſſe inter gentes pre
lio cognitas. At enim inter nuculos recens cognitos. Si nemo huic
capiti crediderit: Quis pro te deus fidem dicet. An ut ferociſſimo
Mezentio: dextra & telum quod miſſile libro: apageſis tam cruentoſ
deos dexteram cædibus feſſam: telumque ſanguine rubiginoſum:

utrunq3 idoneum non eſt: per quod adiures: utue per iſta iurent: cum ſit ſummi deorum hic honor proprius. Nam & iuſiurandum dicitur: ut ait Ennius. Quid igitur iurabo: p Ioue3 lapidē: Romano uetuſtiſſimo ritu? Atqui ſi Platonis uera ſententia eſt: nunq̄ ſe deu3 cum homine communicare: facilius me audierit lapis q̄ Iuppiter. nō Reſpondebit enim Plato pro ſua ſententia mea uoce. Non uſq3 adeo ſeiunctos & alienatos a nobis deos prædico ut ne uota quidem ueſtra arbitrer peruenire. Neq3 enim illos ſacris rerum humanarum: ſed a contrectatione ſola remoui. Cæterum ſunt quædam diuinæ mediæ poteſtates: inter ſummū æthera & infimas terras: in iſto interſite aeris ſpatio: per quas & deſideria noſtra: & merita ad deos commeant: hos græco nomine demones nuncupant: inter mortales cælicolaſq3 uecto res hinc præcum: inde donorum: qui ultro citroq3 portant hinc peti tiones: inde ſuppetias: ceu quidam utrinq3 interprætes & ſalutigeri: per hos eoſdem ut Plato in ſympoſio ātumat: cuncta denunciata: & magorum uaria miracula: omneſq3 præſagiorum ſpecies reguntur.

Eorum quippe de numero præditi curant ſinguli eorum prouide: ut eſt cuiq3 tributa ꝓuincia: uel ſomniis cōfirmandis: uel extis phy/ ſiculandis: uel præpetibus gubernandis: uel oſcinibus erudiēdis: uel uatibus inſpirandis: uel fulminibus iaculandis: uel nubibus coruſcā/ dis: cæteriſq3 adeo: per quæ futura dinoſcimus: quæ cuncta cæleſti/ um uoluntate: & numine: & auctoritate: ſed demonum obſequio & opera atq3 cura: ut Annibali ſomnia orbitatem oculi commoneant: Flaminio auſpicia periculum cladis prædicent. Accio Nauio mira/ culu3 cotis adiiciant: atq3 ut nōnulla regni futuri ſigna præcurrant: ut Tarquinius Priſcus aquila obumbretur ab apice. Seruius Tulli⁹ flamma colluminetur a capite. Poſtremo cuncta ariolum præſagia: fulgurum bidentalia: carmina Sibyllaru3: quæ omnia ut dixi: mediæ quæ piam poteſtates inter homines ac deos obeūt. Neq3 enī pro maie/ ſtate deum cęleſtium fuerit: ut eorum quiſq̄: uel Annibali ſomnium pingat: uel Flaminio hoſtiam corrodat: uel Accio Nauio cotificet: uel Sibyllę fatiloqa uerſificet: uel Tarqnio uelit apicē reddere. Ser/ uio uero imflammā uerticē: nec exurere: non ē opere diis ſuperis ad hæc deſcendere. Medio3 iſta ſortio ē: qui in aeris plagis: terræ conter minis: nec minus confinibus cælo: perinde uerſantur: ut in quacūq3 parte naturæ propria ſint animalia: & in æthere uolantia: & ī terra gra dientia. Na3 cū quattuor ſint elementa notiſſima: ueluti quadrifaria natura magnis partibus diſtermina: ſintq3 ꝓpria animalia terrarum

Ennius. Per Ioue lapidem.

qd demones ſint. & eorū regio ſit aer.

& flammaꝝ: si qdem Aristoteles autor est. in fornacibus flagrantib⁹ quædam ꝓpria aīalia pinnulis apta uolitare: totūq3 æuū suum ī igni diuersari: cum eo exoriri: cumq3 eo extingui. Præterea cum tot uaga sidera: ut prius dictum est: sursum in æthere: hoc est inipso liquidissimo ignis ardore compareant: cur hoc solum ex quattuor elemētum aeris: quod tanto spacio intersitum est: cassum ab omnibus deſtumque a cultoribus suis natura pateretur? quin in eo quoque aere aīalia gignerent: ut in igni flammida in unda fluxa: in terra glebulēta. Nam ꝙ quidam aues aeri attribuat: falsum sentire meritissimo dixeris. quippe quæ aues nulla eaꝝ ultra olympi uerticem sublimatur Qui cū excellentissimus omniū ꝑhibeatur: tñ altitudinē ꝑpendiculo si metiare ut geometræ autumant: stadia altitudo fastigii non æquiparat: cum sit aeris augmentum īmensum usq3 ad stitima lunæ fœlicēq3. porro ætheris sursum uersus exordiū est. Quid igit tantauis aeris quæ ab humilibus lunæ anfractibus: usq3 ad summū olympi uerticē interiacet. Quid tū uacabit ne aīalibus suis atq3 erit ista naturæ pars mortua ac debilis? Immo enim si sedulo aduertas ipse quoque aues semper terrestre animal non aeriū rectius perhibeant. semper enim illis uictus omnis in terra: ibidem pabulum: ibidem cubile: tantumq3 aera ꝓximum terræ uolando transuerberant Cæterum cū illis fessa sunt remigia pennarum: terra ceu portus est: Quod si manifestum flagitat ratio: debere ꝓpria etiam aīalia in aere intelligi. supest ut quæ tandem & cuiusmodi ea sint: disseramus: Igitur terrena nequaq̄ deuergūt enim pondere. sed nec flammea ne sursum uers⁹ calore rapiantur. Temperanda ergo nobis pro loci medietate media natura: ut ex regionis ingenio sit: & in cultoribus eius ingenium. Cedo igitur mente formemus & gignamus. omnino id genus corpus: Tertia quædam aīalia quæ neq3 sint tam bruta q̄ terrea. neque tam leuia q̄ ætherea. sed quodammodo utrinq3 seiugata: Vel ut enim utrīq3 commixta sint: siue amolita: seu modificata utriusque rei participatione: sed facilius ex utroque: q̄ ex neutro intelligentur. Habeant igitur hæc demonum corpora modicum ponderis: ne ad superna incedant. aliquid leuitatis ne ad inferna præcipitent. Quod ne uobis uidear poetico ritu incredibilia confingere: dabo primum exemplu3 huius libratæ medietatis: neque enim ꝓcul ab hac corporis subtilitate nubes cōcretas uidemus: quæ si usque adeo leues forent ut ea quæ oīno carēt pondere: nūq̄ infra iuga ut sæpenumero animaduertimus grauatę caput editi montis: ceu qbusdam curuis torqb⁹ coronarent.

Aristoteles

Quę & cuiusmodi aīalia sint demones

Tertia aīalia

Porro ſi ſuapte natura tam ſpiſſę ac graues forent: ut nulla illas uetu
ſtioris leuitatis admixtio ſubleuaret: profecto non ſecus q̄ plūbi glo/
bus: uel lapis: ſuapte ui caducę terris illiderentur. Nunc enim uero
pendule & mobiles: huc & illuc uice nauium in aeris pelago uētis gu
bernantur: paululum immutantes proximitate & longinquitate.
Quippe ſi aliquo humore fœcundæ ſunt: ueluti ad fletum edendum
deorſum degraſſantur. Atq; omnino humectiores humilius meant:
aquilonis agmine: tractu ſegniores. Sudis uero ſublimior curſus: &
cuꝫ lanarū uelleribus ſimiles aguntur: cauo agmīe: uolatu ꝓnitiore.
Lucretius. Nonne audis: quid ſuper tonitruuꝫ Lucretius facundiſſime diſſerat?
Principio tonitru quatiuntur cerula cęli. Propterea quia cōcurrunt
ſublime uolantes. Etherię nubes contrapugnantibus uentis. Nec fit
enim ſonitus cęli de parte ſerena. Verum ubicunq; magis denſo ſunt
agmine nubes. Tam magis hinc magno fremitus fuit murmur ſæpe.
Quod ſi nubes ſublime uolitant: omniſq; & exortus: & terminus: &
retro defluxus earum in terras eſt: quid tandē futura cenſes demonū
corpora: quæ ſunt concreta multo minus: & tanto ſubtiliora? Non
enim ſunt ex hac fœculenta nubecula: tumida caligine conglobata: ſi
cuti nubium tenus eſt: ſed ex illo puriſſimo aeris liquido: & ſereno
elemento cohalita: eaq; nemini hominum temere uiſibilia: niſi diui/
nitus ſpeciem ſui offerant: qd̄ nulla in illis terrena ſoliditas locuꝫ lu/
minis occupauerit: qui noſtris oculis poſſit obſiſtere: qua ſoliditate
noſtra offenſa acies immoret: ſed filia corpoꝝ poſſident rara & ſplen/
dida: & tenuia uſq; adeo: ut radios oīs noſtri tuoris: & raritate tranſ/
mittant: & ſplendore reuerberēt: & ſubtilitate fruſtrentur. Hinc illa
Homerica Minerua homerica Minerua: quæ mediis cętibus Graium cohibendo Achilli
interuenit: uerſuꝫ græcum ſi pauliſper operiamini latinæ enunciabo.
atq; adeo hic ſit impręſentiarum.
Minerua igit̄ ut dixi: Achilli moderando iuſſu Iunōis aduenit: Soli
perſpicua. aſt alioruꝫ nemo tuetur. Hinc & illa uirgiliana matrona:
quæ in mediis milibus auxiliabunda fratri conuerſatur: miſcetq; ui/
ris: nec cernit̄ ulli: protinuſq; Plautinus miles ſuper clipeo ſuo glo/
riatur: præſtringēs oculorum aciem hoſtibus. Ac ne cūctos longius
ꝑſequar: Ex hoc ferme demonum numero poetæ ſolent: haud ꝓcul
a ueritate: cēſores cauſæ & amatores quorūdam hoīum deos fingere:
& tueri illos. Interdum aduerſari & affligere. Igitur & miſereri & in
dignari: & āgi: & letari: omnemq; humani animi faciē pati: ac ſimili
motu cordis & ſalo mentis: ad omnes cogitationum æſtus fluctuare:

Quæ omnes turbellę tempeſtateſq3 ꝑcul a deoꝝ cęleſtium tranquil
litate exulant. Cũcti. n. cęlites. ſemp eodẽ ſtatu mẽtis: æterna æquabi
litate potiũtur. Quæ nũq̃ illis nec ad dolorẽ: nec ad uoluptatẽ finib⁹
ſuis pellitur. nec enim mens illa a ſua perpetua ſecta ad quẽpia3 ſubi
tum habitum demouetur: nec alterius ui. Nam nihil eſt deo potenti/ N.
us: nec ſuapte ſponte: nam nihil eſt deo perfectius. Porro autez quid
poteſt uideri imperfectius fuiſſe: q̃ is qui a priore ſtatu: ad alium re/
ctiorem ſtatum migrarit! cum præſertim nemo ſponte capeſſat no/
ua: niſi quem pœnituit priorum. Non enim poteſt ſubſequi illa mu
tatio ſine præcedentium infirmatione. Quapropter debet deus nulla3
perpeti: uel operis: uel amoris: temporalem perfunctionem: & iccirco
nec indignatione: nec ira contingi: nullo angore contrahi: nulla ala/
critate geſtire. ſed ab omnibus paſſiõibus animi liber: nec dolere unq̃.
nec aliquando lætari: nec aliquid repentinum uelle uel nolle. Sed &
hæc cuncta: ut hoc genus cætera: demonum mediocritati congruũt.
Sunt enim inter homines ac deos: ut loco regionis ita ingenio mentis
interſiti habentes communem cum ſuperis immortalitatem: cum in/
feris paſſionem. Nam perinde ut nos pati poſſunt omnia animorum
placamenta uel incitamenta: ut in ira incitentur: & in miſericordia fle
ctantur: & donis inuitentur & precibus leniantur: & contumeliis ex/
aſperentur: & honoribus mulceantur: aliiſq3 omnibus ad ſimilez no
bis modum uarientur. Quippe: ut finem comprehendam: demones Demoneſ.
ſunt genere animalia: ingenio rationabilia: animo paſſiua: corpore ae
ria: tempore æterna. Ex his quinq3 quæ commemoraui tria a princi
pio eadem nobiſcum: quartum proprium: poſtremum cõmune cuz
diis īmortalibus habent. ſed differunt ab his paſſiõe. Quæ propterea
paſſiua non abſurde ut arbitror: nominaui. quia ſunt iiſdem quibus
nos perturbationibus obnoxii. Vnde & religionum diuerſis obſerua
tionibus & ſacrorum uariis ſuppliciis fides impartienda eſt. Et ſi nõ
nulli ſunt: ex hoc diuorum numero: qui nocturnis uel diurnis ꝑmp/
ptis uel occultis lętioribus uel triſtioribus hoſtiis uel cerimõiis uel
ritibus gaudent: uti ægyptia Minerua ferme plangoribus. græca ple
r unq3 choreis: barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſta
rum & choraularum. Itidem pro regionibus in ſacris differunt lon/
ge uarietate pomparum agmina: miniſtrorum ſilentia: ſacerdotum
officia: ſacrificantium obſequia. Item deorum effigies: ut eximiæ
templorum religiones: hoſtiarum cruores & colores. Quæ omnia
pro cuiuſque more ſolennia & rata ſunt ut plerunq3 ſomniis & uati/

cinationibus & oraculis comperimus ſæpenumero indignata nūmi/
na ſiquid in ſacris ſocordia uel ſuperbia negligatur cuius generis mi
hi exempla affatim ſuppetunt: ſed adeo frequentata & celebrata ſūt:
ut nemo ea commemorare adortus ſit: quin multo plura omiſerit:
quam recenſuerit. Iccirco reſidebo impræſentiarum in his rebus ora
tionem occupare. Quod ſi non apud omnes certam fidem: at certe pe
nes cunctos noticiam promiſcuam poſſidet: hæc potius præſtiterit la
tine diſſertare: uarias ſpecies diuinorum numinum a philoſophis p/
hiberi: quo liquidius: & plēius de præſagio Socratis: deq; eius numi
ne cognoſcatis. Nam quodam ſignificatu & animus humanus: etiaꝫ
Animus humanus in cōpore ſitus demon nūcupatur. nunc in corpore ſitus demon nuncupatur: dii ne hunc ardorem men/
tibus addunt. Euriale! an ſua cuiq; deus ſit dira Cupido! Igitur &
bona cupido animi: deus bonus eſt. Vnde nonnulli arbitrantur ut iā
prius dictum eſt: Eudemonas dici beatos: quorum demon bonus id
eſt animus: uirtute perfectus eſt: quem noſtra lingua ut ego iterpræ
genium tor: haud ſciam: an bono: certe quidem meo periculo poteris geniuꝫ
uocare: quoniam is deus: qui eſt animus ſui cuiuſq; : quamq̄ ſit im/
mortalis: tamen quodammodo cum homine gignitur: ut ee præces:
quibus genium præcamur ad coniunctionem noſtram: nec deſunt q
uideantur mihi obteſtari: corpus atq; animum duobus nominibus
comprehendentes: quorum communio & copulatio ſumus: & ſecū/
do ſignatu ſpecies demonum ſit animus humanus exutus & liber ſti/
pendiis uitæ corpe ſuo abiuratis: hunc uetere latina lingua reperio le
Lemurē. murem dictitatum. Ex hiſce ergo lemuribus: qui poſterioꝝ ſuorū
curam ſortitus: pacato & quieto numĩe domum poſſidet: lar dicitur
Lar familiaris familiaris. Qui uero propter aduerſa uitæ merita: nullis bonis ſedib⁹
interrauagatione: ceu quodam exilio punitur: inane terriculamentū
Larua bonis hominibus: cæterum noxium malis: hunc pleriq; laruam phi
bent: cum uero incertum eſt: quæ cuiq; eoruꝫ ſortitio euenerit: utrū
Manendeum. lar ſit: an larua: nomine manendeum nuncupant: & honoris gratia
dei uocabulum additum eſt. Quippe cum eos deos appellent: qui ex
eoꝝ numero iuſte ac prudenter uitæ curriculo gubernato: pronomi
ne poſtea ab omnibus præditi: fanis: & cerimoniis uulgo admittunt:
ut in Boetia Amphiaraus. in Africa Mopſus. in Egypto Oſiris:
alius aliubi gentium. Eſculapius ubiq;. Verum hæc omnis diſtribu
tio eoꝝ demonū fuit: qui quondam in corporis numero fuere. Sunt
autem non poſteriores: præſtantiore longe dignitate. Genus aliud
auguſtius aio demonum: qui ſemper a corporis cōpedib⁹ & nexibus

liberi: procurantur certis precatibus. Quorum e nūmero somnus atque amor: diuersam inter se uim possident. Amor uigilandi: sōnus soporandi. Ex hac ergo sublimiore demonum copia: Plato autumat singulis hominibus in uita agenda: testes & custodes singulos additos: qui nemini conspicui: semper adsint: omnium non modo actorū testes: uerum etiam cogitatorum. Ac ubi uita edita remeandum est: eundem illum: qui nobis præditus fuit: raptare ilico & trahere: ueluti custodiam suam ad iudicium: atq; illic in causa dicenda assistere: si qua commentiatur redarguere. siqua uera dicat: asseuerare: prorsus illius testimonio ferri sententiam. Proinde nos oēs qui hanc Platonis diuinam sententiam: me interpræte osculatis: ita aīos nostros ad quæcunque uel agenda uel meditanda formate: ut sciatis: nihil oīno præ istis custodibus: nec intra animum: nec foris esse secreti: quando omnia curiose ille participet: omnia uisat: omnia intelligat. & in illis penitissimis mentibus uice conscientiæ diuersetur. Hic quem dico ꝓrsus custos: singularis præfectus: domesticus speculator: indiuiduus arbiter: insepabilis testis: malorum improbator: bonorum probator: si rite animaduertatur: sedulo cognoscatur: religiose colatur: ita ut a Socrate iusticia: & innocentia cultus est: in rebus incertis prospectator: dubiis præmonitor: periculosis uitator: egenis opitulator: qui tibi quæat: tum somniis: tum signis: tū etiam fortasse coram: cū usus postulat mala auertere: bona prosperare: humilia sublimare: nutantia fulcire: obscura clarare: sidera aduersa corrigere. Igitur nimirū si Socrates: uir apprime perfectus. & Apollinis quoque testimonio sapiens: hunc deum suū cognouit & coluit. ac propterea eius custos prope dicam par contubernio & præmonenda præmonuit. Sicubi tamen interfectis sapientiæ officiis: non consilio. sed præsagio īdigebat ut ubi dubitatione claudicaret: ibi diuinatione consisteret. Multa sunt enim de quibus etiam sapientes uiri ad ariolos: & oracula cursitent. Ac non apud Homerum ut in quadam ingenti specula clarius cernis. hæc duo distributa: seorsus diuinationis: seorsus sapientiæ officia? Nam cum duo columina totius exercitus dissident. Agamennon regno pollens: & Achilles bello potens: desideraturque uir facūdia laudatus. & peritia uitæ moratus: qui Atridę superbiam. Pellidę ferociam compescat: exemplis moneat: oratione permulceat. Quis igitur tali in tempore est ad dicendū exhortatus? Nempe Pilius orator. eloquio comis. experimentis cautus. senecta uenerabilis: cui omnes sciebant. corpus annis abire. animum prudētia uigere. uerba dul

somnus.
Amor.
plato.
Excitatio & admonitio ad sēp bn agēdū. usq; dum sumus in uita.
Socrates.
Homerus
pilius

cedine affluere. Itidem: cum rebus creperis & afflictis ſpectatores de/
Vlyxes & Diomedes ligendi ſunt: qui nocte intempeſta caſtra hoſtium penetrent. Nonne
Vlyxes cum Diomede deliguntur? ueluti conſilium: & auxilium:
mens: & manus: animus & gladius. Enimuero in Aulide deſidentib⁹
obſeſſis: ac retro uentis abnuentibus: difficultas belli: & facultas itine
ris: & tranquillitas maris: & clementia uentoru3: per fibrarum notas:
& altum uias: & ſerpentum eſcas: exploratę ſunt: tacent nempe muta
Calchas duo illa ſapientiæ græciæ ſumma cacumina. Ithacenſis & Pilius. Cal/
chas autem longe præſtabilis ariolus: ſimul alites: & altaria: & arbo/
rem comtemplatus eſt: actutum ſua diuinatione: & tempeſtates fle/
xit: & claſſem deduxit: & decennium prædixit. Non ſecus etiam in
Troiano exercitu: cum diuinatione res indigent: tacet ille ſapiens Se/
natus: nec audet aliquid pronuntiare: uel Hector: uel Iambo: uel Bi
cias: ſed omnes ſilentio auſcultant: aut ingrata auguria: fleue: aut nõ
credita uaticina Caſſandræ. Ad eũdem modum Socrates quoq3: ſicu
bi locorum alienæ ſapientiæ conſulatio ingruerat: ibi ſui demõis præ/
ſagio regebatur. Verum eius monitis ſedulo obediebat: eoq3 erat de
ſuo longe acceptior: qui ante incepta Socrati demon ille
ferme prohibitum ibat nunq̃ quod ad monendum ratio prædicta eſt
Socrates Socrates: utpote uir apprime perfectus: ex ſeſe
ad omnia congruentia ſibi officia promptus: nullo adhortatore unq̃
indigebat. At uero prohibitore nonnunq̃: ſi quibus forte conatibus
eius periculum ſuberat: ut monitus præcaueret ac omitteret cepta ĩ/
præſentiarum: quæ tutius uel poſtea capeſceret: uel alia uia adorire/
tur. In huiuſcemodi rebus dumtaxat uocem quampiam diuinitus
exortam dicebat audire. Ita enim eſt apud Platonem: ne quiſq̃ arbi/
tretur omnia eum uulgo loquentium captaſſe. Quippe etiam ſemo
tis arbitriis: una cum Phedro extra pomerium ſub quodam arboris
opaco umbraculo: ſignum illud ad nuntium ſenſit: ne prius tranſcẽ
deret illius amnis modicum fluentum: q̃ increpitum inclinatu3 amo
re retinendu3 placaſſet: cum præterea ſi omnia obſeruitaret. Aliquan
do eorum nonnulla etiam opinamenta haberet: ut uidemus pleroſq3
qui non ſuapte corde: ſed alterius uerbo reguntur: qui ex angiportu
reptantes conſilia ex alienis uocibus colligunt: & uti ita dixerim: non
animo: ſed auribus: cogitant. Verum eniuero ut iſta ſunt: certe qui
omnium auriolorum uoces audiunt. Sepenumero aurib⁹ ſuis uſur/
pant uocem de qua nihil contentur: quam ſciunt ex ore humano p/
fectam. At enim Socrates non uocem ſibi: ſed uocẽ dixit quampia3

diuinitus oblatam: quo additamento profecto intelligas: non uſitatam uocem nec humanam ſignificari. Quæ ſi foret fruſtra quæpiam cur non potius aut uox: aut certe cuiuſpiam uox diceretur? ut ait illa Terentiana meretrix: audire uocem uiſa ſum modo militis. Quid uero uocem quampiam dicat audiuiſſe aut neſcit unde exorta ſit aut in ipſa aliquid addubitat: Aut eam quiddam inſolitum demonſtrat habuiſſe: ita ut Socrates eam quidem ſibi ac diuinitus editam tempeſtiue accedebat. Quod equidem arbitror non modo auribus: uerum eum etiam oculis ſignum demonis ſui uſurpaſſe. Nam frequentius non uocem: ſed ſignum diuinum ſibi oblatū præ ſe ferebat. Id ſignū poterat: ipſius ſpecies habuiſſe: quam ſolus Socrates cerneret: ita ut Homericus Achilles Mineruam. Credo pleroſque ueſtrum hoc quod modo dixi contatius credere: & impēdio mirari formam demonis Socrati uiſitatam. At enim pythagoricos mirari oppido ſolitos: ſi quis ſe denegaret unquam uidiſſe demonem: ut reor: idone⁹ autor eſt Ariſtoteles. Quod ſi cuiuis poteſt euenire facultas contemplandi diuinam effigiem: cur non apprime potuerit Socrati: quē cuiuis amplißimo numī ſapientiæ dignitas coequarat? Nihil eſt enim deo ſimilius & gratius: q̄ uir animo perfecte bonus. qui tam hominibus cæteris antecellit: q̄ ipſe a diis immortalibus diſtat. Quin potius nos quoq; Socratis exemplo & commemoratione erigimur? Ac nos ſecundū ipſum: ſtudio philoſophiæ pari: ſimilium numinum canentes promittimus: de quo quidem neſcio qua ratiōe diſrapimur: & nihil æq; miror: q̄ cum omnes & cupiant optime & ſciant quantum uiuax animus colendus ſit: tamen animum ſuum non colant. At ſi quis uelit acriter cernere: oculi curandi ſunt: quibus cernitur. Itidem ſi pugillare: uultus uel brachia uelanda ſunt: quibus pugillatur. Similiter in omnibus cæteris membris: ſua cuique cura pro ſtudio eſt. Quod cum omnes facile reſpiciant: nequeo ſatis mecum reputare. Et perinde: ut res eſt: admirari: cur non etiam animum ſuū ratione excolant. Quandoquidem ratio uiuendi omnibus æque neceſſaria eſt: non ratio pingendi: nec ratio pſallendi: quas quiſque bonus uir ſine ulla aīi uitupatione: ſine turpitudine: ſine labe contempſerit. Neſcio: ut Hiſmenias: tibiis canere: ut Apelles pingere: ut Lyſippus fingere. ſed nō pudet me non eſſe ſignificum: & idem ut cæteris artibus: ne omnes pſequar licet tibi neſcire: nec pudeat. Enimuero dic Sodes: neſcio bene uiuere: ut Socrates: ut Plato: ut Pythagoras uixerunt. nec pudet me neſcire bene uiuere. Nunquam hoc dicere audebis. Sed cū primis

Terentiana Meretrix.

Pythagorici Ariſtoteles.

N.

N.

Hiſmenias. Apelles. Lyſippus.

Contra Auaros: & bona cōporis & fortunę magnifaciētes: aīum aūt negligētes. & propriā mentē.

mirandum est: qd̄ ea: quæ minime uideri uolunt nescire: discere tamen negligunt: & eiusdem artis disciplinam simul: & ignorantiam decuritant. Igitur quotidiana eorum ora dicere inuenias: rationib⁹ multa prodige profusa: & in semet nihil: in sui dico demonis cultum: qui cultus nihil aliud q̄ philosophiæ sacramentum est planæ quidem uillas opipere extruunt: & domos ditissime exornant: & familias numerosissime comparant. sed in istis omnibus in tanta affluentia rerum: nihil est indignum præterq̄ ipse dominus edium: nec iniuria: cumulata enim habent quæ sedulo percolunt. Ipsi autem horridi: indocti: incultiq3: circueūt. Igitur illas ædificiorum species in quæ patrimonia sua profuderunt: amenissimas & extructissimas depræhēdas. Aulas emulas urbium conditas: domos uice temploru3 exornatas: familias numerosissimas calamistratis: opiperam supellectilem: omnia affluentia: omnia ornata: præter ipsum dominu3: qui solus Tantali uice: in suis diuitiis inops: egens: pauper non quidem fluentum ullum fugitiuum captat: & fallacis undę sitim: sed uerę beatitudinis: & sincerę uitæ: & prudentiæ fortunatissimę: esurit & sitit. Quippe non intelligit homines æque spectari solere: ut equos mercamur: neq3 enim in emendis equis faleras consideramus: & baltei polimiam inspicim⁹: & ornatissimę ceruicis diuitias contemplamur: si ex argēto: & auro: & gemmis monilia uanæ gazæ dependent: si plena artis ornamēta capiti & collo circuniacent: si frena celata: si ephippia fucata: singula armata sint. sed istis omnibus exuuiis amolitis: equum ipsum nudum & solum corpus eius: & animum contuemur: ut sit ad speciem honestus: ad cursuram uegetus: & ad uecturam ualidus. Iam primum in corpore: si sit argutū caput: breuis aluus: obesaq3 terga: luxurietq3 thoris animosum pectus honestis. Præterea si duplex agitur per lūbos spina. Volo enim: non modo perniciter: uerum etiam molliter ꝑuehat. Similiter ergo & in hominibus contemplandis: noli illa aliena estimare: sed ipsum hominem pœnitus considera. Ipsum: ut meū Socratem pauperem specta. Aliena autem uoco: quæ parentes pepererunt: & quæ fortuna largita est: quoru3 nihil laudibus Socratis mei admisceo. nullam generositatem. nullam prosapiam. nullos longos natales: nullas inuidiosas diuitias. Hæc enī cuncta (ut dixi) aliena sūt. Sat e Prothomo gloria est. qui talis fuit. ut eius nepotem non puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est? parentes laudas. diues est? non credo fortunæ. nec magis ista demiror ualidus est? egritudine fatigabitur. pernix est? Abibit in senectutem.

N.

Comp.

formoſus eſt: expecta pauliſp: & non erit. At enī bonis artibūs doct⁹ & apprime eſt eruditus: & quantū licet homini ſapiens & boni cōſul tus: tandē aliquando ipſum uirum laudas. Hoc enī nec a patre hæreditariū eſt: nec caſu pendulum: nec a ſuffragio aminiculū: nec a corpore caducū: nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus Socrates habuit: & omnino cætera habere contempſit. Quin ergo & tu qui te ad ſtudium ſapientiæ ingeris: aliquando caues ut nihil alienū in laudibus tuis audias. ſed ut qui te uolet nobilitare: æqȝ laudet: ut Accius Vlyxem laudauit in philotheta ſuo: in eius Tragœdiæ principio. Inclyte parua prædite prīa: nomine celebri: claroqȝ potens pectore: Achiuis claſſibus autor. Grauis dardanis gentib⁹ ultor: Laertiade nouiſſime patrem memorat. Cæteȝ omnes laudeſ eius uiri audiſti. Nihil mihi nec Laertes: nec Anticlia: nec arctiſſimus uendicat. Hæc enim tota ut uides laudis huius ꝓpria Vlyxi poſſeſſio eſt. Nec aliud te in eodē Vlyxe Homerus docet: qui ſemper ei comitem uoluit eſſe prudentiam: quam poetico ritu Mineruam nūcupauit. Igitur hac eadē comite oīa horrenda ſubiit: omnia aduerſa ſuperauit. Quippe ea adiutrice Cyclopis ſpecus ītroiit: ſed egreſſus eſt. Solis boues uidit: & abſtinuit. Ad inferos demeauit: & aſcendit: eadem ſapientia comite. Scyllam præternauigauit: nec abreptus eſt. Charybdi cōſeptus eſt. nec retentus eſt. Circe poculum bibit: nec mutatus eſt. Ad Lo͡ophagos accеſſit nec remanſit. Sirenes audiit: nec acceſſit.

Accius laudas ulyxem.

Homerus

LVCII APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI DE DOGMATE PLATONIS LIBER

Latoni habitudo corporis cognomentum dedit Nanqȝ Ariſtoteles prius nominatus. Ariſton ei fuiſſe pater dictus eſt. Cæterū perictiōe Glauci filia mater fuit: & de utroqȝ nobilitas ſatis clara Nam Ariſton pater ꝓ Codrū ab ipſo Neptūno originē duxit. Ab Solone ſapientiſſimo q leguȝ atticaȝ fūdator fuit maternus deriuatus eſt ſanguis. Sūt qui Platonē auguſtiore conceptu ꝓfatū dicūt. Cū quideȝ Apollinis figuratio pictiōe ſe miſcuiſſet. Menſe ēt qui apud Atticos Thargilion dr: natus ē: die qua apud Delon Latona fertur Apollinē Dianamqȝ pepiſſe. pridie Socratē genitū accepimus. Sōniū ēt Socratis circūferūt. Nam uidiſſe ſibi uiſū eſſe Cygni pullū ex altari quod

P

Ariſton.

De natiuitate platonis.

Somnium ſocratis de platone.

in academia cupidini cõsecratum est: uolasse: & in eius gremio residis se: & postea olorem illum: pennis cælum petisse: canore musico: audi tus hominũ: deorumq3 mulcentẽ. Cum hoc ergo Socrates in conuẽ tum hominũ referret? Ariston Platonem puerũ oblaturus Socrati magistro cõmodum prosequebatur: quẽ ubi aspexit ille: ingeniũq3 intimum: de exteriori conspicatus est facie. Hic ille erat amici inquit: de academia cupidinis cygnus. Talis igitur: ac de talibus Plato: nõ so lum heroum uirtutibus præstitit: uerum etiam equiperauit diuum potestatibus. Nam Speusippus domesticis instructus documentis: pueri eius in ære partiendo ingenium: & admirandæ uerecundiæ indo lem laudat: & pubescentis primicias labore: atq3 amore studendi im/ butas refert: & in uiro harum incrementa uirtutum & cæterarum: cõ uenisse testatur. Ex iisdem genitoribus Glauco: & Adimanthus ei fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima litteratura Dionysiu3. At in palestra Aristonem argis oriundum: tantosque progressus ex ercitatio contulit ei: ut Pythia Isthinia de lucta certauerit: picturæ non aspernatus artem: Tragœdis & dithyrambis se utilem finxit: iam q3 carminum confidentia elatus: certatorem se profiteri cupiebat: ni/ si Socrates humilitatem cupidinis: ex eius mentibus expulisset: & ue/ ræ laudis gloriam in eius animum inserere curasset: & antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. Verum cum se Socrati dedisset: non solum ingenio: atq3 doctrina: cæteros socraticos uicit: uerum etiam labore & elegantia illustrauit. Sapientiam ab eo sibi traditam: labore quoq3 asserere nisus est: & elegantia: per quam: uenustate & maiesta/ te uerborum: plurimum adhibuit dignitatis. Sed postea q̃ Socrates homines reliquit: quæsiuit unde proficeret: & ad Pythagoræ disciplĩ nam se contulit: quam: & si ratione diligenti: & magnifica: instructa3 uidebat: rerum tamen continentiam: & castitate3 magis cupiebat imi/ tari: & quod Pythagoreorum ingenium adiutum aliis disciplinis sen tiebat: ad Theodorum Cyrenas: ut Geometriam disceret: est profe/ ctus: & astrologiam aduq3 Aegyptum iuit petitum: ut inde prophe tarum etiam ritus addisceret: & ad Italiam iterũ uenit: & Pythagore/ os. Euritatum Tarentinum: & seniorem Archytam sectatum: atque ad Indos & Magos intendisset animum: nisi eu3 bella tunc uetuissent Asiatica quapropter inuenta Parmenidis: ac Zenonis studiosius ex/ ecutus: ita omnibus: quæ admirationi sunt singula: suos libros ex/ pleuit: ut primus tripartitam philosophiam copularet. sibiq3 inuicẽ necessarias partes. neq3 pugnare inter se tantũmodo: sed etia3 mutuis

speusippus.

Glauco & Adimanthus platonis fratres.

De studijs platonis. & eius doctoribus.

adiuuare auxiliis: ostenderit. Nam q̃uis de diuersis officinis hæc ei essent philosophiæ membra suscepta naturalis ab heracliticis: intellectualis a Pytagoreis: rõnalis atque moralis ipso Socratis fonte. unuꝫ tamen ex omnibus: & quasi proprii partus corpus effecit. & cum prĩcipes harum familiarum impolitas sententias: & incomptas: auditoribus tradidissent: eas hic cum oratione limando. tum ad oratiõis auguste honestissimam speciem deducendo: perfectas atque etiaꝫ admirabiles fecit. Multi auditorum eius utriusque sexus in philosophia floruerunt: patrimonium in hortulo: qui Academiæ iunctus fuit: & in duobus ministris: & in patera qua diis supplicabat reliquit: auri tantum: quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. Cæterum tres eius ad Siciliam aduentus: mali quidam carpunt: diuersis opinionibus differentes. Sed ille primo historiæ gratia ut naturam etnę: & incendia concaui montis intelligeret. Secundo petitu Dionysii: ut syracusanis assisteret: est profectus. & ut municipales leges eius prouinciæ disceret. Tertius eius aduentus fugientem Dionem impetrata a Dionysio uenia: patriæ suæ reddidit. Quæ autem consulta: quæ dogmata græce licet dici ad utilitatem hominum uiuendiqꝫ & intelligendi: & loquendi rationem extulerit: hinc ordiemur. nam quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se: primus obtinuit. nos quoque separatiꝫ dicemus de singulis: a naturali philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria: arbitratur Plato: deum & materiam: rerumque formas: quas ideas idem uocat: inabsolutas: informes nulla specie: uel qualitatis significatiõe distinctas. Sed hæc de deo sentit quod sit incorporeus. Is unus ait aperimetros: genitor: rerumqꝫ omnium extortor: beatus: & beatificus: optimus: nihil indigens: ipse conferens cuncta: quem quidem cælestem pronunciant ĩdictum innominabilem. & ut ait ipse αρρητον ακα τωνομασ τον. cui⁹ naturam inuenire difficile est si inuenta sit: in multos eam enunciari non posse. Platonis hæc uerba sunt. θεον ευρεῖν μεν ουραδιον νονσαι δε αδυνατον.: idest deum quidem inuenisse haud facile est. intellexisse autem impossibile: Materiam uero improcreabilem: incorruptamque commemorat. non ignem: neque aquam: nec aliud de principiis absolutis elementis esse. sed ex omnibus primam figurarum capacem: factionique subiectam. adhuc rudem & figurationis qualitate uiduatam. Deus artifex conformat uniuersa. Infinitam uero iccirco: quod ei sit interminata magnitudo. Nam quod infinitum est: indistinctum magnitudinis habet finem. atque ideo cum uiduata sit

platonis pauptas

Dogmata

Tria rerũ Initia

De Ideis

Plato de Deo

Materia

fine: infinibilis recte uideri potest: sed neq3 corpoream: neq3 sane in/
corpoream esse concedit. Ideo autem non putat corpus: ꝙ omne cor/
pus specie qualicũq3 non careat: sine corpore uero esse: non potest di/
cere: quia nihil ĩcorporale corpus exhibeat: sed ui: & ratione sibi eam
uideri corpoream: atq3 ideo nec actu solo: neque tamen sola opinione
cognitionis intelligi. Nanq3 corporea propter insignem euidentiam
sui: simili iudicio cognosci. Sed quæ substantiam non habent cor/
poream: cogitationibus ea uideri: unde adulterata opinione: ambigu
am huius materiæ intelligi qualitatem. Ideas uero: idest formas om/
nium simplices: & æternas esse: nec corporales tamen. Esse autem ex
iis: quæ deus sumpserit: exempla rerum: quæ sunt: erunt ue: nec pos/
se amplius: q̃ singularum specierum singulas imagines in exemplari
bus inueniri: gignentiumq3 omnium adinstar ceræ: formas & signifi/
cationes ex illa exemplorum figuratione signari. τασ οισιασ: quas es
sentias dicimus: duas esse ait: per quas cuncta gignantur: mundusq3
ipse. quarum una cogitatione sola concipitur: altera sensibus subiici
potest: sed illa quæ mentis oculis compræhenditur: semper: & eodem
modo: & sui par: ac sui similis inuenitur: ut quæ uere sit. Etenim al
tera opinione sensibili: & irrationabili: estimanda est: quam nasci: &
interire ait: & sic superior: uere esse memoratur. Hanc uere non esse:
possumus dicere. Et primæ quidem substantiæ: uel essentiæ primu3
deum esse: & mentem: formasque rerum: & animam: secundæ substã
tiæ: omnia quæ informantur: quæque gignuntur: & quæ ab substan
tiæ superioris exemplo originem ducunt: quæ mutari: & cõuerti pos
sunt: labentia: & ad instar fluminum profuga adhuc illa: quam dixi
intelligendi substantia: quoniam constanti nititur robore: & quæ de
ea disputantur: ratione stabili: & fide: plena sunt. At huius quæ ue/
luti umbra: & imago est superioris: rationes quoque: & uerba: quæ
de ea disputantur: inconstanti sunt disciplina. Initium omnium cor/
porum: materiam esse memorauit. Hanc & signari impræssione for/
marum. Hinc prima elementa esse progenita: ignem: & aquam: ter
ram: & aera: quæ si elementa sunt: simplicia esse debent: neque ad in/
star syllabarum: nexu mutuo copulari. quæ istis euenit: quaru3 sub
stantia multimoda potestate: comitione conficitur: quæ cum ordina
ta: ꝑmixtaq3 essent: ab illo edificatore mũdi deo: ad ordinẽ: numeris:
& mensuris: in ambitum deducta sunt. Hæc e plurimis elementis ad
unum redacta esse: & ignem quidem. & aera: & aquam habere princi/
pium ex trigono: quæ fit anguli recti: non paribus angulis: & prioris

De Ideis.

De Essentiis. siue substãtiis.

prima sbã ut Deũ: & Mẽtẽ Ideasq: & Aĩam: uere ẽẽ possumus dicere. Secundam uero nõ. Tu aũt uide ad hoc Eusebiũ de ꝑparatione euangelica adducẽtẽ in .xi. libro capitulũ plutarchi: qđ fecit de. Es. uerbo.

Initiũ oĩum cõporum.

Ignis: Aer: & Aqua ex quo ħeant principium.

quidem formæ tres ſpecies exiſtere: pyramidem: & octangulam: & ui geſies angulam. ſpheram: non paribus. terram uero: directis quidem angulis: trigonis: & paribus eſſe. & prioris quidem formæ tres ſpecies exiſtere. pyramidē. octangulam. & uiginti angulam: ſpheram & pyramidem figuram ignem in ſe habere. octangulam uero aeris. angulatam uigies ſpheram aquæ dicatam eſſe. Equipedū uero trigonum efficere ex ſeſe quadratum. Quadratum uero cubum quæ terræ fit, propria. quapropter mobilem pyramidis formam igni dedit: quod eius celeritas agitationi uideatur eſſe conſimilis. Secundæ uelocitatis octangula ſphera eſt: Hanc aeri detulit: qui leuitate & pernicitate poſt ignem ſecundus eſſet. Vigeſialis ſphera ē loco tertio. huius forma fluida & uolubilis: & aquæ ſimilior eſt uiſa. Reſtat teſſerarū figura quæ cum ſit immobilis: terræ conſtantiam: nō abſurde ſortita eſt. Et alia initia inueniri forſitan poſſe: aut quæ deo nota ſunt: uel ei qui ſit diis amicus. Sic de primis elementis igni & aqua: cæteriſque. & illa conſtare particulatim animalium: & inanimantium corpora: mūdumq; omnē ex omni aqua: totoq; igni: & aeris uniuerſitate: cunctaq; terra eſſe factū: & non ſolū nullam hoꝝ partem extra orbem relinqui. ſed nihil quidem eius & extrinſecus inueniri. Hæc autem inuicem ex ſe apta & connexa eſſe. Iccircoq; in igne atque in terra & aqua & aere eē ſitus. & ſicut ignis aeris cognatiōe coniungitur: ita humor affinitati terrenæ iungatur. hinc unum eſſe mundum: & in eo omnia. nec relictum eſſe locum: neque elementa ſupereſſe: ex quibus alterius mundi corpus poſſit eſſe. Ad hæc attributa eſt ei perpetua iuuentus. & inuiolata ualitudo. Eoque nihil præterea extrinſecus eſt relictum: qđ corrumpere poſſet eius ingenium. & ſi ſupereſſet: non eū lederet. cū ita apud ſe ex omni parte compoſitus atque ordiatus foret: ut aduerſantia & contraria naturæ diſciplinæq; eius officere non poſſent. iccirco autem perfectiſſimo & pulcherrimo mundo inſtar pulchrę & perfectę ſpheræ a fabricatore deo quæſitum eſt: ut ſit nihil indigens: ſed operiens omnia: coercenſque cōtinua: pulcher & admirabiliſ: ſuiq; ſimilis: ſibiq; reſpondens: Hinc illi & ſeptem motus locoꝝ habeant: progreſſus & retroceſſus. dexterioris ac ſiniſtri. ſurſum & deorſum nitentiū. & quæ in gyrum circuitūq; torquentur. Hæc una mundo relicta eſt ſapientiæ & prudentiæ ꝓpria ut rationabiliter uolueretur. Et hunc quidem mundum nunc ſine initio eſſe dicit. alias originem habere. natumq; eſſe. Nullū autem eius exordium atq; initium eſſe ideoq; ſemper fuerit. natiuū uero uideri quod ex hiſtoti⁹ natura &

Vigeſialis ſphera.

De Mundi nā

Septem motus locorum

ſubſtantia conſtet: quæ naſcendi ſortitę ſunt qualitatem. Hinc & tangitur: & uidetur: ſenſibuſq3 corporis eſt obuius: ſed quod ei naſcendi cauſam deus præſtitit: ideo immortalis eſt ſemper futurus. Animam uero animantium omnium: non corpoream eſſe: nec ſane perituram: cum corpore fuerit abſoluta: omniq3 gignentium eſſe ſeniorem: atq3 ideo & intemperare: & regere ea: quorum curam fuerit diligentiamq3 ſecuta: ipſamque ſemper: & per ſe moueri: agitatricē alio rum: quæ natura ſui immota ſunt: atq3 pigra. Sed illam cęleſtem animam: fontem animaꝝ omnium: optimam: & ſapiētiſſimam uirtutez eſſe genitricem: ſubſeruire fabricatori deo: & præſto eſſe ad omnia inuenta eius annuntiat. Verum ſubſtantiam mētis eius numeris: & modis confici: congeminatis: ac multiplicatis augmentis: incrementiſq3 per ſe: & extrinſecus partis: & hinc fieri: ut muſicæ mūdus: & canore moueatur: naturaſq3 rerum binas eſſe: & earum alteram eſſe quæ ueniat in mentem quam quidem Δοξαστην. id eſt opinabilē appellat ille: & quæ uideri oculis: & attingi manu poſſit: alteram cogitabilē: & intelligibilē. Detur enim uenia nouitati uerboꝝ: rerum obſcuritatibus ſeruienti: & ſupiorē qdem ptem mutabilē eſſe: ac facilem cōtuenti. Hanc autem: quæ mētis acie uidetur: & penetrabili cogitatione pcipitur: atq3 conſpicit: incorruptam: imutabilem: conſtantez: eandēq3 & ſemper eſſe. Hinc & duplicem rationē: interpretatōez q3 dicit: nāq3 illa uiſibilis: fortuita: & muta: perſeueranti ſuſpitione colligitur. At hæc intelligibilis: uera: perenni: & conſtanti ratione probatur eſſe: tempus uero eui eſſe imaginem: ſiquidez tempus mouetur: & perennitas fixa & immota eſt natura: & ire in eam tēpus: & in eius magnitudinē finiri: ac diſſolui poſſe: ſiquando hoc decreuerit fabricator mundi deus. Eiuſdem temporis ſpatiis menſuras mundanæ conuerſiōis intelligi. Solis quippe & Lunæ globum: hoc facere: cæteraſq3 ſtellas: quas recte erroneas & uagas dicimus: noſtræ enim ſuper earum curſibus opiniones: diſputationeſq3 poſſunt in errorem intellectum inducere. Cæterum ille rerum ordinator ita reuerſiones earum: ortus: obitus receſſus: moras: progreſſuſq3: conſtituit: ut ne modico quidez errori locus eſſet. Dies quippe cum noctibus menſiuz ſpatia complere: menſes uiciſſim annorum orbes inuoluunt: nec prius: q̄ ſigna hæc in lucem ardere ceperunt: iniri potuerūt temporum numeri: perituram eſſe obſeruationem computatiōis huius: ſi hic olim chorus antiquus ſteterit: nanq3 ut menſuræ: & reuerſiones temporum noſcerentur: circuituſq3 mundi uideretur: ſolis intenſa ſunt lumina uiciſſim ut ꝙs

desiderata proueniret animantibus: opacitas est inuenta noctis. men-
sesque effici: cum luna circuli sui completo curriculo: ad eundem lo
cum reuertatur. Anni uero spacia concludi cum sol quadrinas tem-
porum contigerit uices: & ad idem signum fuerit inuectus: horꝝ enu
meratio in se reuertentium: & a se proficiscentium intellectu cogita-
tionis inuenit. Esse autem stellarꝝ nihilominus cæteros ambitus: legi
timis curriculis perpetuo seruatis: quos uix hominum solertia com
præhendit. Vnde fit: ut & magnus ille uocitatus annus: facile noscat
cuius tempus implebitur cũ uagantium stellarum comitatus ad eũ-
dem peruenerit finem nouũq; sibi exordium: & itinera per uias mun
di repauerit. globorꝝ uero cælestiũ inter se nexorum per uices mutu
as: omnium supremum esse eũ: qui inerrabili meatu censetur: eius
amplexu cæteros coerceri & esse aplanes primum ordinem. secundu;
Saturno datum. Ioui tertium. Martem quartum tenere. Quintum
Mercurio dari. Sextum Veneris esse. Septimum Solis itineribus in-
cedi. Octauum metiri Lunam. Exinde elemẽtis omnia ac principiis
occupari. ignem autem aliis superiorem esse: mox aeris locum. hinc
aquæ proximum: & tunc globum terræ in medio situm æqualem lo
co: ac figura: immobilem stare. Hos astrorum ignes: spheris affixos
perpetuis: atque ĩdefessis cursibus labi: & hos animales deos dicit eẽ.
Spherarum uero ingenium ex igne coalitum & fabricatum. Ia; ipsa
animantium genera in tres species diuiduntur. quarum una est ex na
tura ignis eiusmodi: qualem Solem & Lunam uidemus: cæterasque
siderum stellas: alterum ex aeria qualitate: hanc esse demonum dicit
tertium ex aqua terraque coalescere: & mortale genus corporum ex
eo diuidi: terrenum atque terrestre. sic enim Χοικα censuit nominan
da: terrenumque esse arborum: cæterarumq; frugum: quæ humi fi-
xe: uitam trahunt. terrestria uero quæ alit ac substinet tellus. Deorꝝ
trinas nuncupat species: quorum est unus summus: primus & solus
ille: ultramundanus: incorporeus: quem patrem & architectum hu-
ius diui orbis superius ostendimus. aliud genꝰ est quale astra habẽt:
cæteraque numina quos celicolas uocamus. tertiũ habent quos me-
dioximos romani ueteres appellant: quod ex sui ratiõe & loco & pote
state diis sũmis sunt minores: hominum natura ꝓfecto maiores. Sed
omnia quæ naturaliter & propterea recte feruntur: prouidentiæ cu-
stodia gubernantur: nec ullius mali causa deo poterit asscribi. Qua-
re hæc omnia ad fati sortem arbitrantur esse ferenda. Ita enim definit
prouidentiam esse diuinam sententiam: conseruatricem prosperitatis

Mensis spaciũ
Annus.
Anni magni spaciũ.
Ordo sphærarũ cælestiũ.
Aplanes.
Animãtiũ gñra in tres species diuisa.
Χοικα.
Deorꝝ trinę spẽs.
Celicole.
Medioximi
Prouidentię definitio.

Fatum quid sit

eius: cui² causa tale suscipit officium. diuinam legem esse fatum: per quod inuitabiles cogitationes dei: atq; incepta complentur: unde si quid ꝓuidentia agitur: id agit etiam fato. & qđ fato terminat: prouidetia debet susceptū uideri: & primam quidē ꝓuidentiam esse sūmi: exuperantissimiq; deoꝝ omniū: qui non solū deos cęlicolas ordinauit quos ad tutelam: & decus: per omnia mūdi membra dispersit: sed natura etiaꝫ mortales deos: qui præstarent sapientia cæteris terrenis animantibus: ad euitatem temporis edidit: fundatisq; legibus reliquarū dispositionum: ad tutelam reruꝫ: quas quottidie fieri necesse est: diis cæteris tradidit: unde susceptaꝫ prouidētiaꝫ dii: secundæ prouidētiæ: ita grauiter retinent: ut omnia: etiam: quæ a cęlestibus mortalibus exhibentur: immutabilem ordinationis paternæ statum teneant. Demones uero: quos genios & lares possumus nuncupare: ministros deorū arbitrantur: custodesque hominum: & interpretes: si quid a dīis uelint: nec sane omnia referenda ad uim fati putat. Sed esse aliquid in nobis: & in fortuna non nihil: & fortunæ improuidos casus ignorari a nobis fatetur. Instabile enim quidam: & incurrens intercedere ea solere: quæ consilio fuerunt: & meditatione suscepta. quæ non patiatur meditata ad finem uenire: & tunc qđiem: cum impedimentuꝫ illud utiliter prouenit: res illa fœlicitas nominatur: at ubi repugnationes istę nociuę erunt: infœlicitas dicitur. Omnium uero terrenorum: nihil homine præstantius: prouidentia dedit. Quare iidem homines bene pronuntiarunt: esse animam corporis dominam. At enim cum tres partes animi dicat esse: Rationabilem id est mentis optimam portionem: hanc ait capitis arcem tenere. Irascentiam uero: procul a ratione: ad domicilium cordis deductam esse: obsequi eam & respondere in loco sapientiæ. Cupidinē atq; appetitus postremaꝫ portionem: infernas ab dominis sedes obtinere: ut popinas quasdam & latrinarum latebras: diuersoria nequitiæ atq; luxuriæ. Relegatam uero iccirco longius a sapientia hanc partem uideri: ne importuna uicinitas: & rationem constitutam desuper cunctorum saluti: ī ipsa cognationum uicinitate perturbaret: totum uero hominem in capite uultuq; esse. Nanq; prudentiam: sensusq; omnes: nō alias: q̄ illa parte corpis contineri: cętera enim membra ancillari: & obseruire: cibos & alia subministrare: uectare: ut in sublime possit: ut dominuꝫ atq; rectorem. prudentiaque eius a periculis uendicare. Sed machinamēta quibus ad sentiendas. diiudicandasque qualitates. sensus instructi sunt: ibidem erga regiam capitis constituta. in conspectu rationis. ut

Demones. quos genios & lares possumus nūcupare

De Fortuna

Felicitas
Infelicitas

Terrenorū nihil ee pstantius hoie

Aiam coporis dnam ee

Tres ptes aię

De Cupidine & appetitu

Totū hoiem in capite uultuq ee

De sensibus & eorū nā atq officiis pulchra descriptio

intelligendi atqꝫ perſentiendi ueritas adiuuetur. Senſus uero ipſi ad ea quæ ſunt ſenſibilia: apte compoſita: naturæ intelligẽtiaꝫ cognatam tenent: ac oculorum acies perlucidas eſſe: eas quadam luce uiſionis illuſtres: noſcendi litteras officium tenere. Auditionem uero aereæ naturæ participem: aereis nunciis percipere ſonores. Iam guſtus commendatos: tactum etiam terrenum atqꝫ corporeũ ſolidiora: quæ cũqꝫ contingi offendiqꝫ poſſunt ſentire. eoꝝ etiam quæ corrupta imitantur: ſeparanda uis intelligenda eſt. In media nanqꝫ regiõe oris nares natura conſtituit: quarum Symphonia odor cuꝫ ſpiritu cõmeat. conuerſiones: aut mutationes odoratus cauſas dare: eaſque de corruptis: uel aduſtis: uel madeſcentibus: uel madefactis ſentire: cum quidem ea quæruntur uapore: & fumo exhalantur. odor in his iudiciũ: ſenſuſqꝫ ſuccedũt. Nam ſi reſtent integre: & aer purius nunq̃ eiꝰmodi auras inficiunt. & ſenſus quidem ipſi nobis communes ſunt cũ cæteris animantibus. At enim hominis ſolertia eiuſdem modi beneficio dĩno ĩſtructior: aptiorqꝫ quod auditꝰ ille ẽ uiſuſqꝫ præſtantior. oculis nanque metitus eſt cœlum ſiderum circuitus: & aſtrorum obitus atque ortus cum ſignificantibus ſpacia compræhendit: ex quo pulcherrimus & uberrimus fons ille philoſophiæ profluxit. auditu uero quid homini magnificentius potuit euenire? per quem prudẽtiaꝫ ſapientiamqꝫ diſceret: numeroſqꝫ orationis metiretur ac modos faceret: fieretque totus ipſe modulatus ac muſicus. lingua & dentiũ uallũ: & ipſius oſculi uenuſtas acceſſit: quod quidem aliis animantibus ad explendam uictus neceſſitatẽ: inferendaſqꝫ uentri copias cõpatuꝫ eſt: ſed hominis promptuarium potius rectæ rationis: & ſuauiſſime datum eſt: ut quæ prudẽtia corde concepit: ea ſenſa promat oratio. ſꝫ totius corporis habitus & figura membrorum alia conditiõe ſũt optima: alia longe peiora. Inferiora reguntur optimatum præſtantia & ipſa miniſterium ſuggerunt uictuale: pedes denique humotenus capiti obediunt: ac ſuperciliorum ſepes præmuniunt oculos: ne deſuper oruat: quod teneras uiſiones: molleſque perturbet. Pulmones loco: ac ſui genere: cordi plurimum conſulunt. cum exardeſcit ira: trepidanſqꝫ celerioribus motibus uertex cordis ipſius madens ſanguĩe: pulmonis excipitur mollitia: ſiti: frigore. Splenem uero iecori non fruſtra eſſe finitium: ut eius redũdantia ꝑticipatis hauſtibus releuet abſtergatqꝫ ea: quæ ſordium fuerint. purumque ac ſincerũ præſtet: quod maxime fibris eſt commodum. Ventrem gyris inteſtinorum circumplexum & nexibus impeditum eſſe: ne eſculenta & poculenta

Nares.

De Viſu.

De Auditu.

pulmones.

ſplenem.

Ventrem.

ſeſe penetrarent: ſed ut retenta pauliſper utilitatem ſui: & ſenſum animantibus exhiberent: neq; exhauſtis & labentibus iis: quæ inferũtur momentis omnibus appetendi cibi neceſſitas ĩmineret: & ad hoc unu; occupari nobis dies: noctesq; eſſet neceſſe. Viſceribus oſſa ſunt tecta: eadem reuincta ſunt neruis: & tamen ea: quæ ſunt internuntia ſentiendi: ſic ſunt operta uiſceribus: ne craſſitudine ſenſus hebetentur: illa etiam quæ in iuncturis & copulis nexa ſunt: ad celeritatem facilius ſe mouendam: haud multis impedita ſunt uiſceribus. Deniq; ipſius capitis uerticem ſpecta: contectum tenui cute: capilliſq; hirſutum uidebis: aduerſu; uim frigoris: & caloris. Quid de cibatu ipſo loquar? quem itinera ex utero manentia: fibris iecoris adiuncta diſpertiunt in cruoris ſimilitudinem uerſum: ut eu; ex eo loco per omnes artus natura ſollers deriuari faciat. ſed e regione cordis uenarum meatus oriuntur: per pulmonis ſpiracula uiuacitatem tranſferentes: quam de corde ſuſceperunt: & rurſus ex illo loco diuiſę per membra in totum hominem iuuant ſpiritũ. Hinc illę anhelandi uices hauſtę: redditęq; alterno modo: ne mutuis impediantur occurſibus. Venarum diuerſę ſunt qualitates: quas ad procurandum e regiõe ſeruitium: per medullas renum commeare: & ſuſcipi ignium loco certum eſt: & rurſũ uenarum genitale ſeminium humanitatis exire. At cum totius corporis dicat eſſe ſubſtantias: primam uult uideri ex igne: & aqua: & cæteris elementis: aliam ex conſimilibus partibus uiſcerum: oſſiculoꝝ: cruoris: & cæterorum: tum eam de diſcrepantibus diuerſiſq; membris: ideſt capite: utero: & articulis diſparibus: unde ſubſtantia: quæ de ſimplicibus conſtat elementis: ſi id: qđ ex neceſſitate uictus extrinſecus arrogatur: quomodo congruit generi ſingulorum qualitatem corporis temperiemq; cuſtodit: & illis quæ de cõſimilibus robur: his quæ inter ſe diſparia ſupradiximus: pulchritudinem nutrit: & ſimul equalitas iſta: ſicci: humidi: feruentis: ac frigidi: ſanitatem: uires: ſpeciemq; largitur: ſicut illa intemperans atq; ĩmoderata permixtio ſingulis uniuerſiſq; uitiatis aliis celeri exitio corripitur. Tripartitam animam eſſe dicit: primam eius rationabilem eſſe partem: aliam excandeſcentiam: uel irritabilem: tertiam appetitum eandemq; cupiditatẽ poſſumus dicere: ſed tunc animanti ſanitate; adeſſe: uires: & pulchritudinẽ: cũ ratio totam regit: parentq; inferiores duæ ꝑtes: cõcordeſq; inter ſe iracundia: & uoluptas: nihil appetunt: nihil mouent. quod inutile eſſe dixerit ratio. eiuſmodi ad equalitatem partibus animæ temperatis. corpus nulla perturbatione frangitur. alioquin inuehit

ossa

De chilo

Qn̄ aĩanti sanitas adest uires & pulchritudo

Vn̄ morbi hoĩbus

ægritudinē inualentiamq3 & fœditatē: cū incompositæ & inæquales inter se erūt: cū irascentiam & consiliū subegerit: sibiq3 subiecerit cupiditas. aut cū dominam illam reginamq3 rationem licet obsequente & placata cupidine ira flagrantior uicerit. Sed ægritudinem mentis stulticiam dicit esse: eamq3 in partes duas diuidit: quaꝝ unam impitiam nominat: alteram insaniam uocat: & impitiæ morbū ex gloriosa iactatione contingere: cum eoꝝ quoꝝ ignarus est aliqs scientiam mētitur. Furorē uero pessima consuetudine & libidinosa uita solere euenire. hancq3 insaniam nominari: quam uitriosa qualitas corporis ꝓdidit: cum ea quæ sunt rationi parata in ipso uertice importunis auxiliis coartantur. Atenim tunc hominem esse perfectum: cum anima & corpus æqualiter copulantur: & inter se conueniunt: sibiq3 respondent ut firmitas mentis præualentibus corporis uiribus non sit inferior. Corpus uero tunc natiuis incrementis augetur: cum ualitudinis portio procurata salubriter modum necessarii uictus nescit excedere nec ualitudo obteritur magnitudine externorum laborum: nec pabuli sarcine immoderatius inuecti: uel non ut oportet digesti distributiq3 per corpus. tunc enim artus ac membra uigoris debiti modum: & uires retinent: cum id quod infertur ad totius corporis conseruationem ueluti sigillatim exequatum cunctis partibus diuiditur. Veruꝫ enimuero cum id minime fit tunc sequi exitium corporis.

Stulticiā in duas ꝑtes diuidi.

contra Impitos.

Furor uñ eueniat. De Insania

qñ homo sit ꝑfectus.

qñ corpus augetur.

DE PHILOSOPHIA LIBER

Oralis philosophia caput est Faustine fili: ut scias: qbus ad beatam uitam ꝑueniri rōnib⁹ possit: Veꝝ ad beatitudinē ante alia bonoꝝ fine cōtingenti ut ostēdam: quæ de hoc Plato senserit. Bonoꝝ igit̄ alia eximia ac prima: ꝑ se dicebat eē ꝑ præceptionē: cætera fieri bōa existimabat. Prima bona esse deū sūmū: mētēq3 illam quaꝫ τηρ ροιρ idē uocat. Secūdū ea illas quæ ex prioꝝ fonte ꝓfluerent esse: animi uirtutes: prudētiam: iusticiam: pudicitiam: fortitudinē. Sed his oībus præstare prudētiam. secūdam nūero ac potestate continētiam posuit. has iusticiam seq. fortitudinē quartam eē. Differentiam hāc bonoꝝ eē cōstituit. partim diuina ꝑ se & prima: simplicia dici bona. alia hominum: nec eadem omnia existimari: diuina quippe esse: atq3 simplicia uirtutes animi. Minora autem bona eaq3 quorundam esse

prima bona esse deū summum.

Bona secunda.

quæ cum corporis cõmodis cõgruunt: ut illa qũæ nominamus externa: ſapiẽtib⁹: & cũ ratione ac modo uiuẽtibus: ſũt ſane bona: ſtolidis: & eorum uſum ignorantibus: oportet eſſe mala. Primũ bonum. Bonum primum ẽ uerum: & diuinum: illud optimum: & amabile: & concupiſcendum: cuius pulchritudinem rationabiles appetunt mentes: natura duce: inſtructæ eandem eius ardore: & quod nõ omnes adipiſci quæunt. Qui neq3 primi boni adipiſcendi facultatem poſſunt habere: ad id ferunt: quod hominum eſt. Bonũ ſecundũ. Secundum: nec cõmune multis: nec quidem omnibus ſimiliter bonum. Nanq3 appetitus: & ad aliquid cupido aut uero bono incitatur: aut eo: quod uideatur bonum: unde natura duce cognatio quædam eſt cum bonis: ei animæ: portioni quæ rationi conſentit. Accidens autem bonum eſſe putatur quod corpori: rebuſque uenientibus extrinſecus: copulatur: & aliquando quidẽ3: qui natura imbutus eſt: ad ſequendum bonum: non modo ſibimet intimatũ putat: ſed omnibus etiam hominibus: nec pari: aut ſimili modo: uerum etiam unumquenq3 acceptum eſſe: dehinc proximis: & mox cæteris: qui familiari uſu: uel noticia iunguntur: hominem ab ſtirpe ipſa: neq3 abſolute bonum: nec malum naſci: ſed ad utrunq3 procliue ingenium eſſe: habere quidem ſemina quædam utrarumq3 rerum: cum naſcendi origine copulata: quæ educationis diſciplina: in partẽ3 alteram debeant emicare. N. Doctoreſq3 puerorum: nihil antiquius curare oportet: q̃ ut amatores uirtutum: uel inter ſe moribus: & inſtitutis eos ad id prorſus ĩbibere: ut regere: & regi diſcant magiſtra iuſticia. Quare præter cætera induci ad hoc cæteros oportere: ut ſciant: quæ ſequẽda: fugiendaq3 ſint: honeſta eſſe: ac turpia: illa uoluptatis hæc laudis: hactenus dedecoris ac turpitudinis: honeſta eademque quæ ſunt bona: confidenter optare nos oportere. Tria gẽra Ingeniorũ. Tria genera ingeniorũ ab eo ſunt compræhẽſa: quorum præſtans: egregium appellat unũ: alterũ deterrimum: peſſimũq3: tertiũq3 ex utroq3 medio temperatu3: Ingeniorũ mediũ gẽus. medium nũcupauit. Mediocritatis huius uult eſſe participem puerũ docilem & uirum progredientem ad modeſtiam: eũdẽq3 cõmodum: ac uenuſtum. Eiuſmodi enim medietates inter uirtutes & uitia intercidere dicebat. Tertium quiddam ex quo alia laudanda: alia culpanda eſſent. Inter ſcientiam ualidam: alteram falſam peruicaci uanitate iactatam. Inter pudiciciam: libidinoſamque uitam: & abſtinentiam: intemperantiamq3 poſuit: fortitudini ac timori medios pudores: & ignauiam fecit. Horum quoq3: quos mediocres uult uideri: neq3 ſinceras eẽ uirtutes: nec uitia tamẽ mera: & intẽperata: ſed hinc atq3 ĩde

Accidens bonum qđ & neutrum appellamus.

permixta esse. Malitiam uero: deterrimi & omnibus uitiis imbuti hominis dicebat esse: quod accidere dicebat: cum optima & rationabilis proporcio: & quæ etiam imperare cæteris debet: seruit aliis. Illę uero uitiorum doctrices iracundia & libido: ratione sub iugo missa dominantur: eandem malitiam de diuersis constare: abundantia inopiaq3. nec solum eā in qualitatis uitio claudicare arbitratur: sed etiam incūbere dissimilitudinem. Neque enim posset cum bonitate congruere: quæ a semetipsa tot modis discrepet: & non solum disparilitatē. sed etiam concinnitatem præ se gerat. Quapropter tres partes animæ: tribus dicit uitiis urgeri. prudentiam indocilitas impugnat: quæ nō abolitionem infert scientiæ: sed contraria est disciplinæ discendæ. Huiꝰ duas ab eo species accepimus: imperitiam: & fatuitatem. quarum imperitia sapientiæ: & fatuitas prudentiæ inueniuntur inimicæ. Iracundiam: audacia. eius comitatū sequūtur indignatio & incōmobilitas: dicta græce αμαλγησία. ita enim dixerim: quæ non extinguit incitamenta irarum. sed ea stupore deficit immobili. Cupiditatibus luxuriam applicat: idest appetitus uoluptatem: & desiderium: ad fruēdū potiendumq3 haustus inexplebiles. Ex hac manat auaritia: atque lasciuia. quarum altera liberalitatem coerciat. altera immoderatiꝰ fundendo: patrimonii ꝓdigat facultates. Sed uirtutes Plato habitum eē dicit mentis: optime & nobiliter figuratę: quæ concordem sibi quietem. constantem etiam eum faciūt: cui fuerint fideliter intimatę: non tantummodo uerbis: sed factis & etiam secum & cum cæteris. Hoc uero procliuius: si ratio in regni sui solio constituta sit: appetitus & iracundias semper domitas & in frenis habet. Ipsęq3 ita obediunt ut tranquillo ministerio fungantur. Vnimodam uero esse uirtutem: quod bonum suapte natura adminiculo non indiget. perfectum autem cū sit: solitudine debet esse contentum: nec solum qualitas: ueru3 etiam similitudo: cum uirtutis ingenio coniungitur. Ita enim secu3 ex omni parte congruit: ut ex se apta sit sibique respondeat. Hinc etiam medietates: easdemque uirtutes ac summitates uocat. Nec solum quod careant redundantia & egestate: sed quod in meditullio quodam uitiorum sitæ sunt. Fortitudo quippe circunsistitur hinc audacia. īde timiditate. audacia quidem confidentiæ fit abundantia. metus uero uitium deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quædam sunt: imperfectæ aliæ. & imperfectæ sunt: quæ in omnibus beneficio solo naturæ proueniunt: uel quæ solis disciplinis traduntur. & magis rōne discuntur. Eas igitur: quæ ex omnibus his constant: dicimus esse

De Malitia eiusq; speciebus qbus imbutū est tertiū ingeniorū gnus. qđ pessimū ac deterrimū est;

Iracundia & Libido uitiorū doctrices

Indocilitas

Imperitia sapiētię inimica.

Fatuitas prudentię aduersa.

Indignatio

Incōmobilitas.

Luxuria.

Auaritia

Lasciuia.

platonis sntia de virtute ac eius definitio.

Bona manātia ex uirtutibus qbus honestatū & ornatum primū ingeniorū genus egregiū dictum.

Virtutū — qdā pfectę / qdā impfectę

Virtutes pfectę

Ratio: q̃ plato uirtutes quę ꝑfectę sunt: indiuiduas sibi & inter se conexas ee arbitratus est.

perfectas. Imperfectas uirtutes semet comitari negat: eas uero: quæ perfectæ sunt: indiuiduas sibi: & inter se connexas esse: ideo maxime arbitratur: quod ei: cui sit egregium ingenium: si accedat industria: usus: & disciplina: quam dux rerum ratio fundauerit: nihil reliquæ/ tur: quod non uirtus administret: Omnes uirtutes cū animæ partib⁹ diuisit: & illam uirtutem: quæ ratione sit nexa: & est spectatrix oīum rerum: prudentiam dixit: atq3 sapientiam: quaꝫ sapientiam: disciplinam uult uideri diuinarum humanarūq3 rerum: prudentiam uero scientiam esse intelligendorum bonorum: & malorum: eorum etiam media quæ dicuntur. In ea uero parte: quæ iracundior habeatur fortitudinis sedes: esse uires animæ: neruosq3 ad ea implenda: quæ nobis seuerius agenda legum imponuntur imperio. Tertia pars mentis est cupidinū: & desideriorum: cui necessario abstinẽtia comes est: quam uult esse seruatricem conuenientiæ eorum: quæ natura recta prauaq3 sunt. In homine ad placentiam: ac mediocritatem libido reflectitur: actusq3 uoluptarios ratione huius dicit ac modestia coerceri. Per has tres animæ partes iusticiam æqualiter diuidentes: quæ causam esse dicit: ut unaquæq3 potiorem ratione: ac modo ad fugendū munus obediat. Hanc ille heros iusticiam modo nominat: nunc uniuersæ uirtutis nuncupatione complectitur: & item fidelitatis uocabulo nūcupatur: sed cum ei: a quo possidetur: est utilis: beniuolencia est: atq3 foras spectat: & est fida speculatrix utilitatis alienæ: iusticia nominatur. Est & illa iusticia: quæ quartū: uulgata diuisione uirtutū locū possidet: quæ cum religiositate cōpulantur: quarum religiositas deum honori: ac suppliciis diuinæ rei mancipata est: illa uero hominū societatis & concordiæ remedium: atq3 medicina est. Duabus autem æqualibus de causis utilitatem hominum iusticia regit: quarum est prima minorum obseruantia & diuisionum æqualitas: & eorum quæ pacta sunt symbole: adhæc ponderum mensurarumq3 custos: & communicatio opum publicarum. Secunda finalis est: & ueniens ex eqtate particio: ut singulis in agros dominatus congruens deferatur: ac scrutetur bonus optimis potior: minor non bonis. Ad hæc bonus qs/q3 natura & industria in honoribus & officiis præferatur. Pessimi ciues luce careant dignitatis: sed ille iustus in deferēdo honore: ac suando: modus est ei: qui est suffragator bonoꝝ: & malorum subiugator ut semper in ciuitate emineant: quæ sunt omnib⁹ profutura: iaceant & subiecta sint: cum suis actoribus uitia. Hinc rhetoricæ duæ sunt apud eum partes: quarum una est disciplina contemplatrix bonoꝝ:

Prudentia sapientia.

De iusticia & eius diuersis nōibus.

Duabus æqualibus de causis utilitatem hoīum iusticia regit.

Duę partes rhetoricę

iuſti tenax. apta & conueniens cum ſecta eius qui pollicitus uult ui
deri. alia uero adulandi ſcientia eſt captatrix ueriſimilium: uſus nul
la ratione collectus. Hanc rem diffiniuit Plato: quam ciuilis articu/
li umbram: ideſt imaginem nominauit. Ciuilitatem: quam polli/ De polytica.
ticem uocat. ita uult a nobis intelligi ut eam eſſe ex uirtutum nume
ro ſentiamus. nec ſolum agentem atq; in ipſis adminiſtrationibus.
Verum ſpectari ab ea uniuerſa atq; diſcerni. nec ſolū ꝓuidentiam ꝓ/
deſſe ciuilibus rebus. ſed omnem ſenſum eius: atque propoſitum for
tunatum: & beatum ſtatum facere ciuitatis. Hæc eadem utilitatē ani
mæ procurat duobus modis: altera nanq; legalis ē: iuridicialis altera
Sed prior conſimilis eſt exercitationi: per quam pulchritudo animæ
& robur acquiritur: ſicut exercitatione ualitudo corporis: gratiaq;
continetur. Iuridicialis illa medicinæ pars eſt. Nam morbis animæ
medetur: ſicut illa corporis. has diſciplinas uocat: plurimumque ea/
rum curationem commoditatis afferre ꝓfitetur. Haꝫ imitatrices eſſe
coquinariam & unguentariam. ſed artem ſophiſticam ꝓfeſſionemq;
iuris blandam: & aſſentationū illecebris turpes ꝓfitentibus: inutiles
cūctis: quoꝫ ſophiſticam coquinę coniungit. Nam ut illa medicinæ
profeſſione interdum opinionem imprudentiuꝫ captat: quaſi ea quæ
agit cū morborum medela cōueniant: ſic ſophiſtice imitata iuridicia
lem ſtatum dat opinionem ſtultis: quaſi iuſticiæ ſtudeat: quam iniq
tati fauere conſtat: unguentariam uero profeſſores iuris imitantur: contra Iuris profeſſores.
Nam ſicut illa remedio uult eſſe: per quod ſpecies corporibus ac ua/
litudo ſeruētur: non modo utilitatem corporum minuit: ſed robur
etiam uireſque frangit: & iterum colorem ad deſidiam ſanguinis mu
tat. ſic hæc in ſcientiam mutata iuris: ſimulat quidem uirtutē ſe ani/
mis augere eneruato quod in illis natiuæ fuerit īduſtriæ uirtutes eas
doceri & ſtuderi poſſe arbitratur: quæ ad rationabilem animam perti/
nent: ideſt ſapientiam & prudentiam: & illas quæ uitioſis partibus ꝓ
remedio reſiſtunt: ideſt fortitudinem & continentiam rationabiles q
dem eſſe. Superiores uirtutes pro diſciplinis haberi. Cæteras ſi ꝓ/
fectæ ſunt. uirtutes appellat. ſi ſemiperfectæ ſunt: non illas diſciplīas
uocandas eſſe cenſet. ſed non in totum exiſtimat diſciplinis alienas.
Iuſticia uero quod trinis animæ regionibus ſparſa ſit: artem uiuen/
di ac diſciplinam putat: & nunc docilem eſſe: nunc uſu & experientia
prouenire. Bonorum autem quædam ſui gratia afferit appetenda Bona appetenda.
ut beatitudinem: ut bonum gaudium. Alia non ſui gratia: ut medici
nam. Alia ſui & alterius: ut prouidentiam cæteraſque uirtutes: quas

& sui causa expetimus: ut præstantes per se: & honestas: & alterius: idest beatitudinis: quæ est uirtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiam mala: quædam: sui causa fugienda sunt: alia cæterorum: pleraq3: & sui: & aliorum: ut stulticia: & huiusmodi uitia: quæ & sui causa uitanda sunt: & eoꝝ: quæ accidere ex iis possunt: id est miseriæ: atq3 infœlicitates. Eoꝝ: quæ appetenda sunt: quedam absolutæ bõa dicimus: quæ semꝑ: atq3 omnib⁹: cum assunt: inuehunt cõmoda: ut uirtutes: quaꝝ beatitudinitas: fructus est. Alia quibusdam: nec cunctis: uel ꝑpetuo bona: ut uires: ualitudo: diuitiæ: & quæcũq3 corporis: ac fortunæ sunt. Pari pacto: & eoꝝ: quæ declinanda sunt: quædaꝫ omnibus ac semꝑ uideri mala: quoniaꝫ nocent: atq3 obsũt: ut sunt uitia: & infortunia: quędaꝫ aliis: nec ea sꝑ nocere: ut ægritudinẽ: egestantem: & similia. Sed uirtutẽ liberam: & in nobis sitam: & nobis uolũtate appetendã: peccata uero esse non minus libera: & in nobis sita: non tñ ea suscipi uoluntate. Nanq3 ille uirtutis spectator: cũ eam pœnit⁹ intellexit bonam esse: & benignitate præstare: eaꝫ affectabit profecto: & eam sectandam existimabit sui causa. Ac iteꝫ ille: qui senserit uitia nõ soluꝫ turpitudinem existimationi inuehere: sed nocere alio pacto fraudiq3 esse: quis põt sponte ad earuꝫ consortiũ se ingerere? sed si ad huiusmodi mala pergit: ac sibi usum eorum utilem credit: deceptus errore: & imagine boni: sollicitatus quidem: sciens uero ad mala præcipitatur. discrepes quidẽ a cõmuni sententia: si nõ quidem ignores: quid inter pauperiem: ac diuitias intersit: & cum hæc in procliui sita sint: nec pauperies honestatem: uel turpitudinem diuitiæ allaturæ sint. Si ægestatem rerum uictui necessariarum copiis præferas: ineptire uidearis: & adhuc illud absurdius: si qs sanitatem corꝑis spernat: eligẽs morbos. Sed illud postreme demẽtiæ est: cũ quis pulchritudinẽ uirtutis oculis animæ uiderit: utilitatẽq3 usu & ratiõe ꝑspexerit: nõ ignarus q̃tum dedecoris atq3 incõmodi adipiscatur ex ꝑticipatione uitioꝝ: tñ addictũ se uelit uitiis. Corpoꝝ sanitatẽ: uires: indolentiam: cæteraq3 eiusmodi bona extraria. Item diuitias. & cætera. quæ fortunæ cõmoda dicimus. ea non simpliciter bona nuncupanda esse. Nam si qs ea possidens. usu se abdicet. ea sibi inutilia erunt. siquis autem eoꝝ usum cõuerterit ad malas artes: ea illi etiam noxia uidebunt̃. unde colligit̃ bona hæc simpliciter dici nõ oportere. nec etiam ea: quę sunt morbosa: ut pauperiẽ cæteraq3 existĩari mala oportet. Nam qui tẽuis est: si modificetur: nullam noxam ex eo sentiet. etiam qui recte pauꝑie sua utitur: non solũ nihil capiet ĩ cõmodi: uerũ ad toleranda

Mala fugienda.

Bona corporis & Fortunę nõ simpliciter ẽẽ nũcupãda bona

Mala nõ simpliciter.

Qđ pauꝑies nõ sit malũ.

cætera melior atq3 præstantior erit. Si igitur nec habere pauperiē: neq3 eam ratione regere contrarium est: paupertas malum non est. Voluptatem uero neque bonum esse absolute neque simpliciter malum sed eam: quæ sit honesta: nec pudendis rebus: sed gloriosis actib⁹ ueniat non esse fugiendam. Illam uero quaꝫ aspernatur natura ipsa turpi delectatione quæsitam: uitari oportere censebat. Solitudineꝫ & laborem si naturales essent: & ab ipsa uirtute descenderent. & essent ꝓ aliqua præclara administratione susceptæ: appetibiles dicebat esse. Sꝫ si aduersum naturam turpissimarum reꝝ causa gignerentur: malas detestabilesq3 esse. Ex his quæ in nobis sunt: primū bonum: atq3 laudabile: est uirtus bonū studenti. Ideo honestū appellari oportet solū quippe quod honestū ē: bonū dicimus. & malū: turpe. & merito quod turpe ē: bonū ñ pōt dici. Amicitiam ait sociam eamq3 cōsensu cōsistere: reciprocamq3 eē: ac dilectiōis uicē reddere qñ reclamat equaliter: hoc amicitiæ cōmodo ꝓuenit cū amicus eum quē diligit: pariter ac se cupit ꝓsperis rebus potiri. æqualitas ista nō aliter ꝓuenit nisi similitudo in utroq3 parilitate caritateq3 conueniat. pares enī paribus irresolubili nexu iūguntur. ita discrepantes: & inter se disiūcti sunt nec alioꝝ amici. Inimicitiaꝝ aūt uitia gignūtur ex maliuolētia per moꝝ dissimilitudinē & distantiam uitæ & sectas atq3 ingenia contraria. Alia etiam amicitiæ genera dicit esse: quaꝝ pars uoluptatis gignitur causa: pars necessitatis. Necessitudinis & liberoꝝ amor: naturæ congruus est. Alius abhorrens ab humanitatis clemētia: q uulgo amor dicit. & est appetitus ardens: cuius instinctu per libidinē capti amatores corpoꝝ in eo quod uiderint: totū hoīem putant. Eiusmōi calamitates animaꝝ amicitias idem appellari uetat: quæ nec mutuæ sunt: nec reciprocari queant ut ament: quæ redamant. nec constantia illis assit: & diuturnitas desit: amoresq3 eiusmodi sacietate ac pœnitētia terminent. Plato tres amores hoc genere dinumerat. quod fit un⁹ diuinus: cū incorrupta mente: & uirtutis rōne conueniēs: nō pœnitēdus alter degeneris animi: & corruptissimæ uoluptatis. terti⁹ ex utroq3 ꝑmixtus: mediocris ingenii: & cupidinis modice. ut igit ille amor deterrimus ac inhumanissimus atque turpis: non ex reꝝ natura. sed ægritudine compali morboq3 colligit. sic ille diuinus deoꝝ munere: beneficioq3 concessus aspirante cælesti cupidine in aīos hoīuꝫ credat uenire. Est amoris tertia species quam dixim⁹ mediam diuini atque terreni ꝓximitate collectus. nexuque & cōsortio parili copulatus & ut rōni ꝓpīquus est diuinus ille. ita terrenus ille turpitudini iūctus

De Voluptate.

De Solitudine & Labore.

primū bonū in nobis ēē Virtute

Amicitia vñ proueniat: & inter quos consistat.

Vnde Inimicitiarū uitia gignātur

Duo amicitiæ gnra

Contra eos q uoluptatis cā amāt.

Tres amores.

Quatuor formę culpabiliū uirorum

est uoluptatis. Culpabilium autē uiroꝝ quattuor formæ sūt: quaruꝫ prima honoripetaꝝ ē: sequēs abstemioꝝ: tertia popularis: tyrannicæ dominationis ultima. Quapropter euenit primū illud mentibus uitiū cum uigor rationis elanguerit: supiorqꝫ robustior fuerit animæ portio ī qua ira domīatur oligarchia dicīt: ea sic nascitur cū propter pessimum pastū eiꝰ ptis animæ: quæ ex cupiditatibꝰ cōstat: nō solum rationabilis & irascētiæ loca possidenť: sed etiaꝫ eiꝰ: quæ nō necessarias cupidines acuūt. Hūc talem Plato lucricupidinem atqꝫ accipitrem pecuniæ nomīauit: qualitas popularis existit: cū īdulgētia cupidines laborate nō solū iustis desideriis exardescunt: sed his æque obuię: atqꝫ occurſantes: & illam cōsiliariam: & illā alteraꝫ rationabilem animaꝫ cōditionibꝰ suis præsserūt. Tyrannidis ex luxuriosa & plena libidinis uita: quæ ex diuersis & illicitis uoluptatibꝰ conflata: mente tota dominaťt: quis itaqꝫ ut pessimū eū: nō solū turpē: & damnosum & cōtemptorē deoꝝ: & īmoderataꝫ: & inhumanam: atqꝫ insociabilem uitam: ait uiuere? Sed nec cum proximis secūuc congrūere: atqꝫ ideo non modo a cæteris: uerū etiam a se discrepare: nec aliis tantū sed sibi inimicū esse: & iccirco hunc talem: neqꝫ bonis: nec omnino cuiq̄: nec sibi quidē amicū esse: sed illū pessimū uideri: quod nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunq̄ in agendis rebꝰ expedire se posse: non solum propter insciti am: sed qꝑ ipse etiaꝫ sibimet sit ignotus: & quod perfecta malitia seditionem mentibus pariat: impediens incepta eius: atqꝫ meditata cōsilia: nec permittens quicq̄ eorū: quæ uolet: quapropter pessimo deterrimoqꝫ: non ea tantum uitia: quæ secundum naturam sunt: pariunt execrabilitatem: ut est inuidētia: nec est de alienis incommodis gaudium: sed etiam quæ natura respuit. uoluptatem dico: atqꝫ egritudinem: desiderium: amorem: misericordiam: metum: pudorem: iracundiam. Iccirco autē hoc euēit: qꝑ immoderatum ingenium: in quæcunqꝫ proruerit: modum non habet: atqꝫ ideo semp ei: aut deest aliquid: aut redundat. Hinc eiusmōi hominis amor omni tenore corruptꝰ: qꝑ nō solum effrenatis cupiditatibus & īexplicabili siti haurire auet oīa genera uoluptatis: sed etiam qꝑ formæ iudicio: irrationabili errore distrahitur: ignorans ueraꝫ pulchritudinem & corporis effetam: & eneruē: & fluxam cutē deamans. Nec saltem coloratos sole: aut exercitatione solidatos: & opacos umbra: uel molles desidia: sed cura nimia modulatos artus magnificit. Non sponte grassari maliciam: multis modis constat. Nanquæ iniuriam inordinatam passionem: & egritudinem mētis esse ait: unde

Contrā Tyrannidē & uoluptuosos

De Iniuriā cupidā inferentibus

liquido arbitratur homines non sponte ferri. quis enim tantuꝫ mali uoluntate susciperet: ut in optima mentis suæ parte scelus & flagitiũ sciens ueheret? Cum ergo possessio mali ab imprudentibus capitur: usum eius & actiões oportet ab ignorantibus sustineri. iccircoque id peius est q̃ noceri. etenim in his rebus nocetur: quæ sunt uiliores corporis scilicet quæ uel imminui possunt: uel fraudibus interire. illesis potioribus: quæ ad ipsam attinent animam. sed eis nocere longe peius esse. ex quo intelligi potest ꝙ animis bonis eo uitio ꝑnicies infertur: plusqꝫ illi nocet qui aliũ cupit ꝑditum: q̃ illi nocet aduersum quem talia machinatur: & cũ noceri alteri maloꝝ omnium noxiũ sit: multo grauius est: si qui nocet habeat impune: grauiusque & acerbius ẽ omni supplicio: si noxio impunitas differatur: nec hominũ interim animaduersione plectatur. Sed grauius q̃ acerbissimoꝝ morborũ carere medicina medentes fallere: nec uri: nec secari eas partes: quaꝝ dolore incolumitati residuaꝝ partium consulatur. Quare ut optimi medici conclamatis desperatisqꝫ corporibus nõ adhibent medẽtes manus: ne nihil profutura ratio doloribus spacia ꝓmulget: ita eos quorum animæ uitiis imbutæ sunt: nec curari queunt: medicina sapiẽtiæ emori præstat. Nam cui nec ex natura: nec ex industria: recte uiuendi studium conciliari potest: uita existimate populo esse pellendum. uel si cupido uitæ eum teneat: oportere sapientibus tradi: quoꝝ arte quadam ad rectiora flectantur. Et est sane melius talem regi. nec ipsum in alios habere potestatem: nec dominari: sed seruire ipsũ aliorũ adiicii potestati: parendi potius q̃ iubendi officia sortitum. uirũ pessimum non solũ deteriorem esse dicebat ꝙ distrahatur semꝑ additione uitioꝝ: & si desideriũ ęstibus differtur. qui quanto pluriũ cupidior sit: tanto sibi met egentior: & ꝓpterea aliis uideri potest. Sperata qꝑpe atqꝫ exoptata uix pauca & cũ maxima erumna ꝓueniũt. Hisqꝫ flagrantiores cupidines floresqꝫ succedunt. nec futuris tantũmodo angitur malis. ueꝝ etiam præteritis transactisqꝫ torquetur: quos oẽs morte sola ab eiusmodi malis deduci posse manifestum est. Sed apprime bonos: etiam sine mediocritate deterrimos: paucos admodum rarioresqꝫ etiam ut ipse ait innumerabiles esse: qui nec plane optimi: nec oppido deterrimi sint. Sed quasi medie morigerati. sed neqꝫ superiores obtinere recta omnia: neqꝫ inferiores in omnibus labi: perfecte sapientẽ esse nõ posse dicit Plato: nisi cæteris ingenio præstet artibus: & prudentiæ partibus absolutus: atque a puero iam imbutus factis congruentibus. & dictis assuetus. purgata & effeta animi uoluptate.

Cur peius sit nocere q̃ noceri.

Contra improbos: semꝑqꝫ dũ uiuũt male agentes: & q̃ emẽdari nolũt sed noxii & incorrigibiles ꝑmanẽ delectantur. rectã oĩo uitę, semitã negligẽtes.

N. compa.

Plato.

N De sapiente.

iectis ex animo hinc abstinentia atq3 patientia atq3 doctrinis ex rerū scientia eloquentiaq3 uenientibus: eum qui per hæc profectus fidenti & securo gradu uirtutis uia graderetur: adeptum solidam uiuendi rationem repente fieri perfectum: hoc est repente præteriti futurique cui ultimas ptes attingere: & esse quodammodo in tempa letuz: post hæc ut his exclusis: insertisq3 & immissis omnibus: quæ ad beataz uitam fuerūt: nō ex aliis pendere: nec ab aliis deferri sibi posse: sed ī sua manu esse sapiens recte putat: quare nec in secundis rebus afferē: nec contrahitur in aduersis: cum se ornamentis suis ita instructum sciat: ut ab iis nulla ui segregetur. Hunc talem non solum inferre: sed nec referre quidem optet iniuriam. Non enim eam contumeliam putat: quam patientia firmiter tolleret. Qua quidem naturæ lege in animo eius sculptum sit: q̄ nihil horum possit nocere sapiēti: quæ opinanē cæteri mala esse. Equidem sapientem illum: conscientia sua fretum: securum: & cōfidentem: in omni uita dici futurū: q̄ & omnia accidentia reputet: & ad meliores rationes trahat: & q̄ nihil morose uel difficulter excipiat: sibiq3 persuaserit pertinere res suas: ad immortales deos. Idem ille diem mortis suæ propicius nec īuitus expectat: q̄ de animæ immortalitate confidat. Nam uinculis liberata corporeis sapientis anima remigrat ad deos: & pro merito uitæ purius: castius ue tran sactæ: hoc ipso deorum se conditioni conciliat. Eundem sapientem optimum nominat: ac bonū: ac prudentem: recte arbitrare: cuiꝰ sane consilia cū factis rectissimis congruunt: & cui principia p̄fecta sunt a iusti ratione. Ad hæc & sapientem & fortissimum dicit esse euz: qui uigore mentis ad oīa percipienda sit patus. Inde est q̄ fortitudinem neruos animi: ipsaq3 ceruices ait: ut ignauiam animi animæ ait imbecillitati esse finitimam: diuitem hunc solum qdem recte putat: qppe cum thesauris omnibꝰ precioſiores solus uideare possidere uirtutes: quia etiam solus sapiens opes potest in usibus necessariis regere: uideri ditissimus debet. Nam cæteri q̄is sint opibus affluentes: tamen q̄ uel usum earuz nesciant: uel diducant eas ad pessimas ptes: inopes uidenē. Egestatē nanq3 non abstinentia pecuniæ: sed præsentia īmoderatarum cupidinū gignit. Philosophum optet: si nihil indigēs erit: & omni fortunæ contumax: & superior iis quæ homines acerba toleratu arbitrantur: nihil sic agere: q̄ ut semper studeat: animaz corporis consortio separe: & ideo existimandā philosophiam esse mortis affectuz: consuetudinemq3 moriendi. Bonos omnes inter se optet amicos esse: & si sint minus noti: & potestate ipsa: qua mores eorum

Egestate nō abstinētia pecuniæ sed presentia immoderatarū cupidinū gignit.

ſectæq3 conueniũt: amici ſunt habendi. paria quippe a ſimilibus non abhorrent. unde inter ſolos bonos fidē amicitiæ eſſe cōſtat. Sapientia amatorem boni adoleſcentem facit. ſed eum qui probitate ingenii ſit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitū. nam cum ipſa anima complacita eſt. homo totus adamatur: ſed cum corpus expetitur: pars eius deterior eſt cordiduꝫ. igitur putandum eſt: eum qui ſit ignarus bonorum: cupidum quoque eiuſmodi rebus eſſe. His enim ſolus bonus deſideriis accenditur: qui bonū illud oculis animi uidet: hoc eſt eſſe ſapientem. Iſtud quoque quoniam qui eſt ignarus: oſor quoq3 nec amicus uirtutū ſit neceſſe eſt. Nec fruſtra hic talis amator eſt turpium uoluptatū. Sapiens nō modo mere uoluptatis quidem: alicuius gratia ueniet ad agendū: niſi præſto fuerint honeſta emolumenta uirtutis. Hunc eundē cū huiuſmodi uoluptate oportet uitam uiuere honeſtam: & admirabilem plenamq3 laudis & gloriæ. neq3 harum modo rerum cauſa cæteris oībus præferri: ueꝝ etiam iucūditate & ſecuritate ſoluꝫ & ſemper frui nec angeſ clariſſimis orbatus affectibus: uel ꝙ ex ſe oīa ſunt apta quę ad beatitudinem pergunt. uel ꝙ decreto & lege rectæ rationis interdicitur eiuſmodi afflictatio. Sed neque obitus cauſa lamentationes ſuſcipi oportet: ſi ſciamus illum. neque aliqd mali paſſuꝫ: ac ſi fuerit bonæ uoluntatis etiam melioribus aggregatur. neque enim alieni gratia ut qui in ſe reponit omnia. Igitur ſapiens non erit triſtis: Sapiētiæ finis eſt ut dei meritis ſapiens ꝓuehatur. Hancq3 futuram eius opaꝫ ut æmulatione uitæ ad deoꝝ actus accedat. Verum hoc ei poterit ꝓuenire: ſi uirum perfecte iuſtum: pium: prudentem ſe præbeat. unde non ſolū in ꝓſpectandi cogitatione: uerū etiam agendi opera: ſeq euꝫ conuenit: quæ diis atque hominibus ſunt ꝓbata. Quippe cum ſummus deoꝝ cuncta hæc non ſolum cogitationum ratione conſideret. Sed prima: media: & ultima obeat: compertaq3 intimæ prouidētiæ ordinationis uniuerſitate & conſtantia regat. Verum enimuero illud omnibus beatū uideri: cui & bona ſuppetūt: & quemadmodum care re uitiis debeat: callet. Vna quidem beatitudo eſt cum ingenii noſtri præſentia tutamur: quæ ꝓficimus. alia cū ad pfectionē uitæ nihil deē atq3 ipſa ſumus contēplatione contenti. Vtrarūq3 autē fœlicitatum origo: & ex uirtute manat: & ad ornamentum quidem genialis loci ē uel uirtutis: nullis extrinſecus eoꝝ quæ bona dicimus: adminiculis indigere. Ad uſum autem uitæ cōmunis: corporis cura: & eorū quæ extrinſecus ueniunt: præſidiis opus eſt. ita tamen ut hæc eadē fiant

ꝙ neq3 obitus cū lamētatiōes ſuſcipi oportꝙ.

Finis ſapientię.

uirtute meliora: eiusq3 suffragio beatitudinis commodis copulent: sine qua: hæc in bonis minime sunt habenda. Nec frustra est: q9 sola uirtus fortunatissimos potest facere: cum absq3 hac ex aliis prospis non possit fœlicitas inueniri. Sapientem quippe pedissequum & imitatorem dei dicimus: & sequi arbitramur deū. ideſt. τον θεον. non solum autez oportet: dum uitam colit: digna discere: nec ea agere: quæ eorum maiestati displiceant: uerū & tunc cū corpus relinquit: quod non faciet inuito deo. Nam & si ī eius manu est mortis facultas: q̄is sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora: nisi perpetiendum istud lex diuina decreuerit: accersire tamen eum mortem non debere & si anteactæ uitæ ornamenta cohonestant. Honestiorem tamen esse: & secundi rumoris oportet: cum securus de posteritatis suæ uita: ad immortalitatem animam ire permittit: eoque: q9 pie uixerit: percipit fortunatorum habitaturam locum in deorum choreis. Semideumq3 permixtam. De ciuitatum uero constitutione: de obseruatione regendarum rerum publicarum: Ita iubet Plato: iam prīcipio ciuitatis diffiniuit fōrmam ad hunc modum: ciuitatem esse coniunctionem hominum plurimorum: in quibus sunt regentes: alii citeriores: coniuncti inter se concordia: & inuicem sibi opem: atq3 auxilium deferentes: iisdem legibus: rectis tamen: officia sua temperantes: unamq3 ciuitatem iisdem mœnibus illam futuram: & eadem uelle: & nolle incolarum mentem assueuerunt. Quare suadendum fundatoribus rerum publicarum: ut usque ad id locorum: plebes suas ab eodem eidem rectori noti esse possint: nec sibimet incogniti: sic enim fiet: ut omnes una mente sint: æquumq3 sibi factum uelint: magnam sane ciuitatem non habitantium multitudīe: eorumque magis uiribus uti oportet. Vires enim: non corporis: nec pecuniæ collectas: dominatione multorum estimandas putat: cum uecordia impotentiaq3: sed cum decreto communi uirtutibus omnibus ornati uiri: incolæ: & omnes fundati legibus obsequuntur: cæteras uero: quæ non ad hunc modum forēt constitutę: non arbitrabatur sanas ciuitates. Eas demum fundatas ratione dicebat esse: quæ ordinate ad instar animarum forent: ut pars optima: quæ sapientia: prudentiaque præcellit: imperaret multitudini: & ut illa totius habet curam corporis: ita prudentiæ delectꝰ tueatur. uniuersæ commoda ciuitatis. Fortitudo etiam pars uirtutis secunda: ut ui sua appetentiam castigat: & reprimit: ita in ciuitate uigilet: excubitorum loco quidem militet iuuentus: pro utilitate cunctorum: sed inquietos & indomitos ac propterea pessimos ciues

De ciuitatū cōstitutione: & de obseruatione regēdarū rerū publicarum.

Quid sit Ciuitas.

Quę sint rōe fundatę ciuitates

refrenet: contineat: ac si necesse sit: frangat potioris cum consilii disci
plina. Illam uero desiderioꝝ tertiam partem plebi: & agricolis parem
dicit: quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enī rē
publicam negat posse consistere: nisi is qui imperat: habeat sapientiæ
studium: aut is ad imperandum eligatur: quem esse inter omnes sapi
entissimum constet: & huiuscemodi moribus cunctos ciues imbuen
dos esse dicit: ut iis in quorum tutelam atque fidem respublica ulla
credatur: auri atque argenti habendi cupido nulla sit. Nec specie cō/
muni priuatas opes appetant. nec huiusmodi hospitia succedant: ut
cæteris ianua non recluſa: cibos: uictūque ita sibi curent: ut acceptaꝫ
mercedem ab his quos protegunt: communibus epulis insumant.
Matrimoniaque non priuatim maritanda esse: sed fieri communia di
sponentibus ipsis eiusmodi nuptias publicæ ciuitatis sapientibus &
magistratibus: & sorte quadam ei negocio præditis: idque præcipue
curantibus ne dispares sui: uel inter se dissimiles copulentur. His
aduertitur utilis necessariaque confusio: ut permixta nutrimenta
puerorum: ignotorum: ad hæc agnitionis parentibus afferat diffi/
cultatem: ut dum suos liberos nesciunt omnes: quos uiderint eius
ætatis: suos credant: & ueluti communium liberorum omnes om/
nium sint parentes: hæc ipsorum connubiorum quæritur tempesti/
ua coniunctio: cuius futuram stabilem fidem credit si cum armonia
musicæ dierum consonent numeri. & qui de talibus nuptiis erūt or/
ti: studiis congruentibus imbuentur: & optimis disciplinis: commu/
ni præceptorum magisterio docebuntur: non uirile tantūmodo: ue/
rum etiam fœminaꝫ: quas uult Plato oībus partibus: quæ ꝓprię ui/
roꝝ putant: coniūgendas esse bellicis etiam quippe cū utriſqꝫ natura
una sit: candē esse uirtutem. Eiusdem ciuitatem nullis extrinsecus la/
tis legibus indigere. regia quippe prudentia & eiusmodi institutis ac
moribus. quibus dictum est fundata. cæteras leges non requirat. Et
hanc quidem ut figmentum aliquod ueritatis exempli causa per se
compositam uult esse rempublicam. Sed & alia optima quidem. & sa
tis iusta: & ipsa quidem specie & ditis causa ciuitatis fabricata: nō ut
superior sine euidenti. Sed iam cum aliqua substancia in hac nō suo
nomine & de statu: & de commodo ciuitatis requirens originis eius
principia & fundamenta disponit. sed eo tendit quemadmodum ciui
lis gubernator eiusmodi locum conuentusque multitudinum nactꝰ
iuxta naturam præsentium rerum. & conuenarum debeat facere ciui
tatem: plenam bonarum legum: & morum bonorum, In hac equidē

Non posse consistere rē pū
nisi a ꝛnat sapientię studiū
hēat ut ꝛnat oēs ꝝ sapientissimū
eē consteꝫ.

De Matrimonijs

plato

caſdem puerorum nutricationes: caſdem uult eſſe artiu3 diſciplinas: ſed in connubiis & partub' ac domibus deſciſcit a prioribus obſeruatione reipublicæ matrimonia priuata: & ſingularia faciens pro quoq3 ipſorum. Et ſi in contrahendo matrimonio conſulere uoluntate3 ſuam debeant: uniuerſæ tamen ciuitatis principibus ut communis commodi cauſam decernit ſpectandam eſſe. Quare & duces: inferiores nuptias non recuſent: & locupletium conſortium inopes conſequantur: & ſi uires opum congruunt: ingenia tamen diuerſa miſcenda cẽ: ut iracundo tranquilla iungatur: & ſedato homini incitatior mulier applicetur: ut talibus obſeruationem remediis: ſoboles natura diſcrepante confecta: mox prouentu meliore coaleſcat: & ita compoſitaru3 domorum opibus ciuitas augeatur. De domibus ac poſſeſſionibus. Domos uero & poſſeſſiones habeant priuatas: ut quæunt ſinguli: quæ quidem nec in immenſum augeri per auaritiam: nec prodigi per luxuriam: aut deſeri per negligentiam ſint: legeſque ciuitati huic promulgari iubet: & legum moderatorem: cum aliquid tale concipiet: ad cõtemplandas uirtutes hortatur. Hi tales complectentur proximos: honores cuſtodient: intemperantiam arcebunt: iniuriam refrenabunt: prudentiæ ornamentis cæteriſq3 honores maximos deferentes. Nec temere multitudo conuolet ad eiuſmodi rerum publicarum ſtatus: niſi qui optimis legibus: & egregiiſ inſtitutis fuerint educati: moderati erga cateros: inter ſe congruentes. Quattuor culpabilium ciuium genera ſunt: unum eo3 qui ſunt honore præcipui: alterum paucoru3: penes quos rerum eſt poteſtas. Tertium omniũ. Vltimum dominationis tyrannicæ: & primũ quidem fit: cũ prudẽtiores uiri per magiſtratus ſeditioſos ciuitate pelluntur: deferturq3 ad illos poteſtas: qui ſunt manu tantummodo ſtrenui: nec ii: qui blandiore conſilio agere res poſſint: adipiſcuntur iam iam imperii facultatem: ſed qui turbidi uiolentiæq3 ſunt: paucorũ uero ſtatus obtinetur: cum inopes criminoſi multi ſimul paco3 diuitum potentiæ ſubiacentes dederint ſe: atq3 pmiſerint: omnemq3 regendi poteſtatem: nec mores boni ſed opulentia fuerit conſecuta. Quattuor culpabilium ciuium genera. Quattuor ſpes reſp publicarũ pranarũ & culpabilũ. Popularis autem factio roboratur: cum inops multitudo obtinuerit aduerſus diuitũ facultates: lexque iuſſu populi fuerit promulgata: ut ex æquo liceat omnibus honores capeſcere. Ad hæc tyrannis illa ſingulare dominationis caput tunc oritur: cum ciuis: qui leges cõtumatia ſua ruperit: ſimili legum coniuratione adoptatus imperium inuaſerit: conſtituẽs deiceps: ut omnis ciuium multitudo deſideriis eius & cupiditatibus: parens: obſequium ſuum tali fine moderetur.

LIBER

.L.APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI COSMOGRAPHIA SIVE DE MVNDO AD FAVSTINVM LIBER INCIPIT.

Onsideranti mihi & diligentius intuēti: & sæpe alias Faustine mihi uirtutis indagatrix: expultrixq3 uitioꝝ: diuinaꝝ ꝑticeps reꝝ philosophia uidebat. & nūc maxime cū naturæ interprætationē: & remotaꝝ ab oculis reꝝ: īuestigationē sibi uēdicet. Nā cū cæteri magnitudine rei territi eiusmodi laborē arduū & ꝓfundū existimarēt. Sola philosophia suū nō despexit ingeniū: nec indignam se existimauit: cui diuinaꝝ & humanaꝝ reꝝ disceptatio deferat. sed cōdiscere ac docere tam bonas res: & eiusmodi opa cū ingenuitate ꝓfessionis suæ credidit. & cōgruere istiusmodi curam talibus studiis & morib⁹. naꝫ cū mūdi penetralia hoīes adire nō possent: ut e terreno domicilio illas regiones inspicerēt: philosophiam ducē nacti sūt: eiusq3 imbuti īuētis: aīo ꝑegrinari ausi sūt ꝑ cæli plagas: his itineribus: quæ exploratione acuminis sui: ꝑuia sapientiæ: solis cogitatiōibus uideant: ut cum ipsius interualli conditiōe: a mūdi uicinia: natura nos secretos eē uoluisset: īmensitati tñ eius: uolucriq3 curriculo cogitationū nostraꝝ nos ꝑnicitas ītimaret. facillimeq3 ea: de qbus origo eius ē: aīa diuinis oculis suis aspexit. & agnouit aliis etiam eius scientiam tradidit: ueluti ꝓphetæ quidam qui dum deoꝝ maiestati complexi sunt: effant cæteris: quæ diuino beneficio soli uidēt. Quare & eos qui nobis uni⁹ ingenia qualitatesque describunt: aut mœnia urbis: aut alicuius amnis fluenta: aut amœnitates & magnitudines montium: alia multa descripta ab aliis plerique studiose legunt. Nyse iuga & penetralia Cirrhi. & olympi sacra. & osse ardua. & alia huiuscemodi: sola dūtaxat: & singula extollunt. quorum miseret me cum tantopere nec magnis & oppido paucis: inexplebili admiratione capiuntur. Hæc illis euenire adeo non est admirabile cum nihil maius suspexerint neque ad aliquid intenderint: quod maiore diligentia contemplandum esset. Cæterum si terrarum orbem omnemque mundum contemplari pariter aliquando potuissent: minus exiguas eius & singulas partes dignas laudibus credidissent: quibus esset uniuersitas compræhensa. Quare nos Aristotelē prudentissimū & doctissimū phōꝝ. & Theophrastuꝫ autorem secuti. quantum possumus cogitatione contingere. dicem⁹

phie utilitas & dignitas.

contra eos: q humanitatis tm studiis incumbūt: nec phie excellētiā ꝑcipiūt.

Laus Aristotelis.

de omni hac celesti ratione: naturas & officia complexi: & cur: & quẽ admodum moueantur: explicabimus. Mundus omnis: societate cæli & terræ constat: & eorum naturis: quæ utriusq; sunt: uel sic: mundus est ornata ordinatio: dei munere: deorꝫ recta custodia: cuius cardinem: sic enĩ dixerim centrum: robustũ: & incontingibilem genitrix atq; altrix animantium oĩum habet tellus: supnis omnibus ut uideri põt aeris liquiditate: ad modũ tegminis septis & opertis: ultra deoruꝫ domus est: quod uocamus cælum: qđ qdem diuinis corpibus honustum uidem⁹: ignibus pulcherrimis: & plucidis solis & lunæ: & reliquorꝫ siderũ: cuꝫ qbus fertur per orbem: dierũ noctiũq; curriculis: agens stellaꝫ choros intimo lapsu: finem nulla ætui defectiõe factura. Sed cũ omne cælum ita reuoluatur ut sphera: ipsum tamen radicib⁹ oportet teneri: quas diuina machinatio uerticibus affixit: ut ĩ tornando artifex solet forcipe materiam solam reciproco uolumine rotundare. Eos polos dicimus: a quibus uelut a cardinib⁹ directio quædaꝫ profecta: axis est ductus: diuisor & diseriminator mundi: orbem terræ in medietate constituens. Verum hi uertices quos immobiles diximus: ita sunt: ut supra caput alter appareat ex parte boreæ: qui septentrionalis uocantur. Alter antarcticus humo tegitur: humidis & austrinis uaporibus mollis: sed cælum ipsum stellæq; omniſque siderea compago æther uocatur: non ut quidam putant: q̃ igneus sit & intensus: sed q̃ cursibus rapidis semper rotetur: elementum uero unum ex quattuor quæ nota sunt cunctis: Sed longe aliud: numero quintum: ordine primũ: genere diuinum: & inuiolabile. Iam astroꝫ innumerabilis multitudo partim labitur: cuꝫ orbis in erranti regiõe: quem circulorum ambit signifer: obliqua complexione circundat⁹: & signis duodecim illuminatus: partim errantibus stellis: quæ neq; priorum motus habent: nec sane inter se similẽ & æqualem: sed affixę diuersis globis inordinatę: ut sic dixerim: ordinem seruant: aliæq; ultrasunt: alię citra stellæ: quæ propter naturaꝫ eiusmodi: nullis credũtur erroribus uagę: & infinitos numero greges ducunt: & simplex ætheris dorsum alma & sacrata amœnitate lucis coronant. Septem uero deorum nominibus illustres: totidem orbibus affixæ sunt: & gradatiꝫ sibimet superlatæ: ut superior inferiore sit maior: ac uicissiꝫ mutuis adhæsionibus nexę: complexu illius: quæ inerrabilis dicitur continentur. Hic Phenonis globus: quem appellamus Saturnum: post quem Phetonis secundus est: quem Iouẽ dicimus: & loco tertio Pyroentis: quem multi Herculis: Plures Martis stellam uocant.

Hanc ſequitur Stilbon cui quidaʒ Apollinis: cæteri Mercurii nomẽ dederũt. Quintus Phoſphorus iunonia: imo Veneris ſtella cenſetur Deinde Solis eſt orbis. & ultima omnium Luna: altitudinis ætheræ principia diſcriminans: quæ diuinas & ĩmortales uiuacitates ignium paſcens: ordinatis ac ſemper æqualibus inuectionibus ſoluitur: atqʒ reparatur. Poſt eam uero pars eſt: quæ ſancti ætheris finibus coercẽ cuius menſu appenſuqʒ diſtincta eſt natura ĩmutabilis regio. & mortalis ac iam pene terrena: cuius primæ ſunt partes tenuiores & uapo/rate. quippe cum finitimis ætheris attingantur ardoribus: quantum maximis parua: & quantum rapidis poſſunt pigriora contingi. Sed ex ea parte qua curriculis finitimi inuritur ſolis eiaculari atque emicare flammæ quædam: oſtendere ſe oculis noſtris uidẽtur: quas græci Cometas & Docidas & Bothynos appellant: quaſque labi & fluere frequenter uidemus: lucere faciliuſque reſtingui. Exinde inferioris aeris qualitas turbidior infunditur: cui permixtus eſt glacialis ri/gor. ſed ſuperior uicinia claritatis. & propinqui caloris afflatu nite/ſcit: ac ſinceriore interdum luce ueſcitur. Huius ſæpe mutabilis conuertitur ſpecies: cum ſit natura uariabilis in nubes cogitur: & reci/procis flabris aperitur. & hymbribus uehementibus rumpitur. niuibus etiam & glacie inhorreſcit: & præcipiti grandine deſuper uerbe/ratur: turbine: flatibus: typhoniique conflictu fit procelloſa. Sed telis fulminum & miſſilium cæleſtium iaculis igneſcit. Aeri terra cõiungitur: eaque in ſe ſuſcipit maria. ſed frequentatur animantibus: ſed fontium perennitate recreatur. Hæc fluminum frigidos lapſus: nunc exterioribus terris uehit, modo profundo in maria confundit: eadem infiniti coloris flores: altitudine montiũ: camporumqʒ æqualitate: nemorum opacitate uariatur: ſinuoſis inflexa littoribus: diſtincta inſulis: uillulis urbibuſque collucens quas ſapiens genus homo communibus uſibus fabricauit. Nec ſum neſcius: pleroſque huius operis autores terrarum orbem ita diuiſiſſe: partem eius inſulas eſſe. partem uero continentem uocari. neſcii omnes hanc terrenaʒ immenſitatem Athlantici maris ambitu coerceri. Inſulamqʒ hanc unaʒ eſſe cum inſulis ſuis omnibus, naʒ ſimiles huic alias: & alias minores circunfundit oceanus: quæ tamen merito uidẽtur ignotæ cũ ne hanc quidem: cuius cultores ſumus: omnes peragrare poſſimus. Nam ſicut hæ inſulæ interfluuntur: quæ ſũt in noſtro mari: ita ille uniuerſo ſalo fretis lacioribus ambiũtur. Elementorum inter ſe mutui nexus arctis affinitatibus implicantur: & quinque coniuges copulæ

De Lunę uarietate

Ignita pars

Aeris natura & uarietas

Terra aeri cõiũcta: eaqʒ in ſe ſuſcipiens maria

Terræ pulchra deſcriptio

his ordinatę uicibus attinentur: ut adhereant etiaꝫ grauioribus leuio
ra: aquam in se habet tellus: & aqua ut alii putant: uehit terram: aer
ex aqua gignitur: ignis ex aeris condensitate conflatur: æther uicis/
sim: igneśque illi immortalis dei uiuacitate flammantur. Huius di
uini ignis origine incensi per totius mundi conuexa: illustribus faci
bus igneścunt superna. Quapropter dii superas sedes habēt: infima
cæterorum animantium terrena possident: & erumpunt: & scatēt flu/
mina: fontes & maria: quæ meatus: & lacunas: & origies habent ī gre/
mio terræ. Nebula constat: aut ex ortu nubeculę: aut ex eius reli/
quiis: est autem exhalatio uaporata: humore uiduata: aere crassior:
nube subtilior: cui serenitas abolitionem infert. Nec aliud est sereni
tas: q̄ aer purgatus caligine: & perspicue sincerus. Ros uero noctur/
nus humor est: quem serenitas tenuiter spergit. Glaciem dicimus hu
morem: sereno frigore concretum. Huic est pruina cōsimilis: si mol/
licies roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo aer actus in nubē
nubilum denset: & ea crassitudo aquarum fœtu grauidatur: hymber
exprimitur: cum inter se urgentur nubium densitates: totque diuer/
sitatibus pluuiæ cadunt: quot modis aer nubium conditionibus cogi
tur. Raritas enim nubium stillicidia dispergit. Quæ concretę uehe/
mentius effundunt agmina largiora: & eas aquas: quas hymbres uo/
camus: a quibus hoc differunt nimbi: q̄ pluuia iugis est. Nimbus
autem quanto repentinior est: tanto uehementior: & quanto impro/
uisior & præcipitatior est: tanto breuiore casu restingitur. Niues au/
tem colligi iactatione densarum nubiū constat: nam prius q̄ in aquaꝫ
defluant: fractę ac diciśe spumas agitationibus suis faciunt: & mox
gelatus humor rigore frigoris inhorrescit: hæc uictis nubibus cre/
brior ad terram uenit. Nunc noia exequemur regioneśque uentoꝝ
euros oriēs: boreas septentrio: occidēs zephyros: austros medius dies
mittit. Turbo enim dicitur: qui repentinis flabris prosilit: atque uni
uersa perturbat. Vortex ille est: uel uti dicitur pinea: cum torque/
tur humus arida: & ab infimo erigitur ad summum. Anaphysema
ta græci uocant eos spiritus: qui de fūdo uel hiatibus terræ explosi:
ad superna maris solent deuenire: hi cum maiore ui torti sunt: fit p/
cella: & a græcis præster nomen accepit. Sed cum tormentum illud
ire pergit: densasque & tumidas nubes præsagit: coactasque collidit:
fit sonitus & intonat cælum: non secus: ac si commotum uentis mare
cum ingenti fragore undas littoribus illidat. Nunc de nubium præ
sagiis referaꝫ: quando illa profecta nubecula patefecerit cælum: igne/

Nebula
Serenitas
Ros
Glacies
pruina
hymber
pluuia
Nimbus
Nix
Turbo
Vortex
Anaphysemata
præster

ſcunt penetrales ſpiritus. emicatq; lux clara: hoc dicitur coruſcare: coruſcare
& ordine quidem prius tonare oportet: poſtea coruſcare. quippe ut
ignis fertur ad ſaxa attrita: obtutus uelocius illuſtriora cõtingit. au-
ditus dum ad aures uenit: ſeriore ſenſu concipitur. ita ut prius coruſ
care cælũ creditur & mox tonare. tum qa ignes ꝓnicitate ſui coruſcã-
tes: dicto citius noſtræ uiſioni occurrunt. ſonus uero uerberati aeris
ſerius indicio ſentitur. Flamma uero illa quam nubium conflict⁹ ex Fulmen
cuſſit: ſi robuſtiore fuerit incendio: impetu deuehitur in terras & ful
minis habet nomen atque formidinem habet. Præſteras uero nomina Preſtere
mus cũ flammaꝝ in illis minus fuerit. ſed ſi ignituꝫ nõ fuerit fulmẽ
typhon uocatur. Sceptos generale oĩbus: quæ de nubibus cadũt: no- Typhon
men eſt: Irin uulgo arquum eſſe aiũt quando imago ſolis uel lunæ: Sceptos
humidam & cauam nubẽ denſamq; ad inſtar ſpeculi: colorat & medi Iris
etatem orbis eius ſecat. Rhabdos aũt generis eiuſdem ad uirgæ rigo- Rhabdos
rem per longũ colorata nubecula dicitur. Alyſis eſt cathena quæda; Alysis
luminis clarioris per ſolis ambitum in ſe reuertens. Selas autẽ græci Selas
uocant incenſi aeris lucem. Hoꝝ pleraque iaculari credas. alia labi a-
lia ſtare: Iaculatio igit tunc fieri putatur cum meatu aquæ impulſæ Iaculatio qn̄ fieri putat⁹
generatus ignis celeritatem ſui: curſumq; rapidæ feſtinatiõis oſtẽdit.
Statiua lux eſt quam ſterigmon illi uocant: ſine curſu iugi. ſed ꝑly- Sterigmo
xa lux ſtellæq; fluor: ignituſq; liquor. qcunq; latius panditur come Cometes
tes uocatur: Sed pleꝝq; luces iſtæ repentino ortę ſtatim occidunt. Sꝫ
non aquaꝝ tantummodo tellus in ſe habet fontes ueꝝ ſpiritu & igni
fœcunda eſt. nam qdam ſub terra occulti ſunt ſpiritus: & flantes in-
cendia itidẽ ſuſpirant. Illi etiam ignes qui terræ ſecretariis cõtinẽtur
prætereuntes aquas uaporant & ꝑdunt. longinqtate enim flammæ te
pediores aquas reddunt: uicinia feruentiores. Appoſito incendio:
aquæ uruntur ut flegetontis amnis: quem poetæ ſciunt in fabulas in
feroꝝ. Sæpe accidit ut ſtatim ſpiritus per terræ cõcauas partes erran-
tes: cõtinerent ſolida terrarum. ſæpius ut ſpiritus creſcẽte uiolentia:
& inſinuantes ſe telluris anguſtiis nec inuenientes exitum. terraꝫ mo
uerent. His paſſiõibus contingit ut quædam terræ expirent halitus:
aliæ uomant ſaxa: nõnullæ etiam ſunt quæ fontes pariunt inſolenti-
bus locis: ꝑegrinorum fluminũ ſaltantes uias. Iſti ſunt mot⁹ qbus ſo
lum quatiẽ. Palmatiæ uero appellant quorum pauitatione illa quæ palmatię
trepidant: ſine inclinationis periculo nutant: cuꝫ directi tamẽ rigoris
ſtatum retineant. Micetias uocatur tetri odoris inquietudo terrena. Micetias
Audiuntur mugitus: interioribus gemitibus expreſſis: cum ſpiritus

inualidus ad terram mouendam: per aperta telluris inuentis itinerib⁹ fertur. His talibus marina sunt paria: cum fluctuũ concurrentiũ mole: nunc progressibus littora: nunc recursibus cinus cæsi quatiũt. Sentitur etiam cæli marisq3 cognatio: cum menstruis cursibus lunæ decrementa: & accessus fretorum atq3 æstuum depræhenduntur. Verum enimuero: ut quatenus possum de uniuersitate quod sentio: breuiter absoluam. Elementorum inter se tanta discordia est: aeris maris atque terræ: ut admirari minus deceat: si illis incommoda soleant: atque secunda contingere: particulatim quidem rebus ortus: atque obitus afferentes: uniuersitatem uero fine atque initio uindicantes: & quibusdam mirum uideri solet: ꝙ cum ex diuersis: atque ĩter se pugnantibus elementis mundi natura conflata sit: aridis atque fluxis: glatialibus: & ignitis: tanto rerum diuortio: nondum sit eius mortalitas dissoluta: quibus illud simile satisfaciet: cum in urbe ex diuersis & contrariis corporata rerum inequalium multitudo cõcordat. Sunt enim pariter diuites: & egentes: adolescens ætas permixta senioribus: ignaui cum fortibus: pessimi cum optimis congregati: aut profecto fateantur hanc esse ciuilis rationis admirandam temperantiam: cum quidem de plurimis una sit facta: & similis sui tota: cuȝ mẽbra dissimilia sint: receptrixq3 sit naturarum ad diuersa tendentium: & fortunarum per uarios fines: exitusq3 pergentium: & contrariorũ per se natura flectitur: & ex dissonis fit unus idemque consensus: sic mas & fœmina secum iunguntur: ac diuersus utriusq3 sexus ex dissimilibus simile animal facit. Artesq3 ipse naturam imitantes: ex impibus paria faciunt: pictura ex discordibus pigmentorum coloribus: atris: albis: luteis: & puniceis: confusione modica temperatis: imagines his quæ imitatur: similes facit. Ipsaq3 musica: quæ de longis & breuibus acutis & grauioribus sonis constat: tam diuersis & dissonis uocibus harmoniam cõsonam reddit. Grammaticoꝝ artes unde quæso? cum ex diuersis collectæ sint litteris: ex qbus aliæ sint insonæ: aliæ semisonantes: tamen mutuis se auxiliis adiuuantes syllabas pariunt: & de syllabis uoces. Sic totius mundi: sua instantia initiorum inter se impares conuentus: pari non discordante consensu: natura ueluti musicam temperauit. Nanq3 liquidis arida: & glatialibus flammida: uelocibus pigra: directis obliqua confudit: unumq3 ex omnibus: & ex uno omnia iuxta Heraclitum constituit. Principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit. Perseuerantiam uero amicitię inter se elementis dedit: specierum ipsarum partitio: & dum in nullo

Cur nõ debeamus admirari imbecillitatẽ & miseriam humanã. atq ad hoc maxa & ualidma consolatio.

Ex discordib(us) pluribus concordiã resultari. & nasci.

Heraclitus

alia ab alia uincitur modo: uel potestate equalis. quippe omnium diuersitas grauissimoꝝ & leuissimoꝝ: feruentiū & frigidoꝝ docēte rōne naturæ. diuersis licet rebus æqualitatem deferre concordiam. oía parentis mūdi amœnitatem æternitatemq; repperisse. Quid. n. mundo præstantius? Lauda quam putes speciē: porcio a te laudabit mūdi. admirare quam uoles tēperantiam: ordinationē: figuram. hic & ꝑ hūc illud quodcūque est: inuenitur esse laudandū. Naꝫ quid oro te ornatū atque ordinatum uideri pōt: quod nō ab ipsius exemplo imitatura sit ratio? Vnde cosmos græce nomen accepit. Euntibus sole atque luna cæteraq; luce siderea per easdem uias custoditis temporū uicibus. nec ullius temporis interiectiōe confusis: digerūt tempora: & rursus incipiūt. Atque pulchrę & fœcunde horæ ꝓcreantur: nunc æstiuos uapores resoluentes: nūc pruinas hyemis circūferētes: dierū etiam noctiūq; curriculis ordiūtur menses. texūt annos: anni seriem conficiunt sæculoꝝ. Et quidem hic mūdus magnitudine immensus cursibus rapidus: splendore perlucidus: ualenti habitudine: puberate iuuenili. Hic aīalium natantium atq; terrestriū: pennigeroꝝ: cunctorumq; distinxit genera: in species sꝑauit. fixitque leges uiuendi atq; moriendi. ex hoc aīantia uitalis spūs ducunt: illis statutis cursibus temporum euentus: qui admirationi esse solent: cum uel inter se concutiūtur: uel directis nubibus fulmina: cœlum & tēpestates inter se serenæ: hybernæq; confligūt: micant hymbres: ignes rūpuntur. & rursus placatis oīb⁹ amœna leticia mūdi referat. uideas & uiridantib⁹ comis cæsariatam esse terram: & scatebris fontiū manantē. & aquarū agmina concipientē: parientem atq; educantem: nec occasibus fatigari: nec secundis excussam erūpentibus semꝑ tam pigris q̄ mouētibus fœcibus aquaꝝ: sæpe alluuionibus mersam: flammaꝝ ꝑ ꝑtes uoracitate consūptam: quæ tñ cū regionaliter uideant esse pestifera: ad oēs salutaria sunt: & ad redintegrationem eius ualent. & cum mouet: ꝓfecto spirat illos spūs: quibus clausis & effugia quærentibus mouebat. hymbribus etiam madefacta: non solum ad educandos fœtus suos opimat: uerum etiam pestifera contagione proluitur. flabris autē spirantiū auraꝝ grauiores: & minus puri aeris spūs differunt atque purgant. tepores frigus glaciale mitificant: & brumalis austros fauonius ac terræ terrestriumque uiscerum uenas remittit: & pars gignētium: alia adolescentium: cætera occidentium uices sustinent. & fors nascentiū: obitoꝝ loco pullulant. & occidentiū numerus nascētibus locū pandit. Restat quod caput est sermonis huius ut sup mūdi

Laus Mundi

Cosmos

De Tempore pulchra descriptio. & Mundi

rectore uerba faciamus. Indigens quippe orationis huius uidebatur de mundo reputantes: ut etsi minus curiose: at quomodo possemus
De deo optimo maximoq. differemus. De rectore quippe omnium non ut ait ille: silere melius est: sed uel parum dicere: uetus opinio est: atque in cogitationes omnium hominum pœnitus incidit: deum esse: originis non habere auctorem: deumq3 esse salutem: & perseuerantiam earu3 quas effecerit: rerum. Neq3 ulla res est tam præstantibus uiribus: quæ uiduata dei auxilio: sui natura contenta sit: Hanc opinionem uates secuti profiteri ausi sunt: omnia Ioue plena: cuius præsentiam: non iam cogitatio sola: sed oculi & aures & sensibilis substantia comprehendit: ad hæc composita est potestati dei conueniens oratio. Sospitator quidem ille genitor est omnium: qui ad complendum mundū nati: factiq3 sunt: non tamen: ut corporei laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit: sed qui quadam infatigabili prouidentia: & procul posita: cuncta contingit: & maximis interuallis disiuncta circūplectitur: nec ambigitur eum præstantem atq3 sublimē sedem tenere: & poetarum laudibus nomen eius consulum: ac regum nuncupationibus prædicari: & in arduis arcibus habere solium consecratum. Deniq3 propiores quosq3 de potestate eius amplius trahere: corpora cælestia illa: q̄to finitima sunt ei: tanto amplius de deo capę: multo minus: quæ ab illis sunt secunda: & ad hæc usque terrena: pro interuallorum modo indulgentiam dei ad nos usque beneficiaque peruenire. Sed cum credamus deū per omnia pmeare: & ad nos: & ultra potestate3 sui nominis tendere: quantū abest: uel imminet: tantum existimandum est eū amplius minus ue rebus utilitatis dare. Quoniam tamen rectius & honestius sic arbitrari summam illa3 potestatē: sacrata3 cæli penetralibus: & illis q longissime separantur: una & eadē ratiōe p se: & p alios opem salutis afferre: neq3 penetrantem: atque adeuntem specialiter singula: nec indecore attrectantem cominus cuncta: talis quippe humilitas deiecti: & minus sublimis officii: nec cum homine quidē conuenit: qui fit paululū conscientiæ cælsioris: militiæ principes: & curiæ ꝑceres: & urbiū ac domorū rectores dico nunq̄ cōmissuros esse: ut id suis manib⁹ factū uelint: qđ sit curæ leuioris: nihil enī possunt equi⁹ facere dominoꝝ imperia: ministeria seruulorū exemplo ut intelligi
cambyses. xerses. darius. possit. Cambyses: & Xerses: & Darius: potentissimi reges fuerunt: horum præpotentia: quam ex opibus collegerant: lenocinium uitæ effecerat cælsioris: cum eorum alter apud Susam & Ecbatanas ut in fano
pulchra descriptio potentię regis quodam sacratus nulli temere noticiam moris sui panderet: sz circū/

ſeptus admirabili regia: cuius tecta fulgerent: eboris niue: argenti lu ce: flammis ex auro: uel electri claritate. Lumina uero alia præ aliis erant. Interiores fores: exteriores ianuæ imminebant: portæq; ferratę & muri adamantina firmitate: ante fores uiri fortes: ſtipatoreſque re galiũ lateꝝ. tutela peruigili: cuſtodiam ꝑ uices ſortium ſuſtinebant erant inter eos & diuiſa officia: in comitatu regio armigeri quidam. At extrinſecus ſinguli cuſtodes locoꝝ erant. & ianitores. & atriẽſes. ſed inter eos aures regiæ: & impatoris oculi qdam hoſes uocabantur ꝑ quæ officioꝝ genera rex ille ab hoſibus deus eſſe credebatur: cũ oſa quæ cũq; ibi gererentur: ille prædictoꝝ delatiõe diſcebat. Diſpenſato res pecuniæ. queſtores uectigalium: tribunos ærarios habebat. alios & alios præfecerat cæteris urbibus. alii uenatibus agendis prouĩtiam nacti. pars domibus & muneribus præfecti putabantur: & cæteri per petuis magniſque curis: obſeruatione ſingularũ rerũ appoſitiꝰ erant. Duces ac ſatrapę ubique diſpoſiti: & permixta locis omnibus manci pia regalia ex eo numero erant. & curſores diurni atque nocturni ex ploratores. & ꝑ uices incenſæ faces: ex omnibus regni ſublimibus lo cis in uno die imperatori ſignificabant: quod erat cito opus. Igitur regnum illud ita componi oportet cum mundi aula ut inter ſe com parentur ſummus atque exupantiſſimus diuum: & homo ignauus & peſſimus. Quod ſi cui uiro uel cuilibet regi indecoꝝ eſt ꝑ ſemet ipſum procurare omnia & ꝑficere. multo magis deo incõueniẽs erit. Quare ſic putandum eſt eũ maxime maieſtatem retinere ſi ipſe in al to reſideat loco: eas autem poteſtates ꝑ omnes mũdi ptes orbiſq; diſ penſet: quæ ſint pares: ſolẽ ac lunam cũctũq; cœlũ. Hoꝝ enim cura ſalutẽ terrenoꝝ omniũ gubernat. nec multis ei opus eſt. nec ꝑticeps hominum conuerſatione: qbus ꝑpter ignauiaꝫ appoſitũ eſt pluribꝰ indigere: at nõ ei iuſmodi compendio machinatores fabricaꝝ: aſtutia unius cõuerſiõis multa & uaria ꝑiter adminiſtrant etiam illi qui in li gneolis hominũ figuris geſtus mouent qñ filum membri qd agitari ſolet: traxerint: torquebiꝫ ceruix: nutabit caput: oculi uibrabũt: ma nus ad miniſterium præſto erũt: nec iuenuſte totus uidebiꝫ uiuere. haud ſecus & cæleſtis poteſtas cum initium ſciẽtia & ſalutifera opa mouerit ab uno ad ſecũdũ: & deinceps ad tertiũ: & uſq; ad ſupremũ: attactu continuo uim ſuæ maieſtatis inſinuat. aliud alio commouet motuſq; unus alteri mouendi ſe originem tradit. Mundo equidem conſentiũt: non una ſed diuerſa uia. & pleꝝque contraria. Sed prima remiſſiore admodũ data ſimpliciq; inchoato principio. impulſibus

Incenſę Faces.

N.

N.

compa

compo

mutuis ut supradictum ē: mouent qdem oīa: sed ita ut si qs spheraꝫ aut quadratum: & cylindrum: & alias figuras in procliue simul iaciat: deferent qdem omnia: sed nō eodem gener mouebuntur: nec illud dissimile exemplum uideri oportet: si quis pariter patefacto gremio: aīalium multitudinē simul abire patiatur: uolucrū: natatilium: atqꝫ terrestrium: enimuero ad suum locū: quæqꝫ duce natura ꝓperabūt: pars aquam repetēs: illa inter agros: legibus & institutis suis naturali lege aggregabunt: ibunt per aeris uias præpetes: quib⁹ hæc natura largita ē: sic natura uiuendi est constituta. Nam cū omne cælū simplici circūactu uoluatur nocte dieqꝫ distinctū: diuersis mēsurarum æqualitatib⁹ separatū: q̄uis una sphera oīa cōcluserit: incrementis tñ globi sui: decisioneqꝫ: lumina mēstrua luna significat: & cæli spatiuꝫ sol annua reuersione collustrat: eiusqꝫ comites amoenus lucifer: & cōis cyllenius stella: etenī prioribus mauortiū sidus circulis ī biēnio confecit spatia. Iouis clarum fulgensqꝫ: sexies eadem multiplicatis cursibus suis tempora: quæ Saturnus sublimior. xxx. spatiis annoꝝ cirūerrat. Verum inter hæc: una mundi conuersio orbis: & unus cōcentus: atqꝫ unus stellarum chorus: ex diuersis occasibus ortibusqꝫ hoc ornamēto: & ut mōile rectissime græca lingua significat. Ateniꝫ ut in choreis: cum dux carminis hymno præcinit: concinentiū uulg⁹ uirorum: & fœminarum mixtis grauibus & acutis clamorib⁹ unam harmoniā resonant: sic diuina mēs mūdanas uarietates: ad īstar uni⁹ cōcentiōis reuelat. Nam cælum confixit: ut uaporatis & radiantibus stellis inerranti cursu feratur: & reciprocis itīeribus astra cōsurgant. Sol quidem contuens: ortu suo diem pandit: occasu noctem reducit: conditusqꝫ uel relatus ꝑ plagas mūdi: quattuor tēporum uices mutat. His oppositi sūt torrentium cursus: & hūores undarū: emicationesqꝫ syluaꝝ: frugalis maturitas: fœtus aīalium: educatiōes atqꝫ obitus singuloꝝ. Cum igit rex oīuꝫ: & pater quē tantūmodo mētis oculis nostræ cogitationes uident: machinaꝫ oēm iugiter ꝑ circuitū suis legibus terminatam: claram sideribus relucentē: speciesqꝫ īnumeras mō ꝓpalam sæpe cōfectas: ab uno ut supradixi prīcipio agitari iubet simile istud esse bellicis rebus: hinc liceat arbitrari. Nam cum tuba bellicum cecinit. milites clangore īcensi: alius accingitur gladio: ali⁹ clypeum capit: ille lorica se induit: hic galea caput: ille crura ocreis inuoluit: ille equum tēpat: frenis & loris iugales ad cōcordiam copulat: & ꝓtinus unusquisqꝫ cōpetens capessit officiū: milites executionem adornant ordines: principes curant: equites ordinibus præsunt.

cæteri negocia quæ nacti sunt: agitant. cum interea unius ducis impe
rio cunctus exercitus paret: quem rex præfecerit. penes quem est sũ
ma rerum. Non aliter diuinarum & humanaꝝ rerum status regitur
quando uno moderamine contenta oĩa: pensum sui operis agnoscũt
cur: que omnis occulta: uis nullis oculis obuia nisi qb⁹ mens suæ lu
cis aciẽ intendit. Nec tamen hoc uel illi ad moliendũ: uel nobis ad in
telligendũ obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Ani
ma in homine nõ uidetur: & tamen fateantur omnes necesse est hui⁹
opera: omnia quæ per hominẽ præclara fiunt prouenire. neqꝫ animæ
ipsius qualitatẽ ac figuram oculis occurrere. Sed momẽtis ab ea ge
stoꝝ intelligi qualis & quanta sit. Oẽ quippe humanæ uitæ pręsidiũ
ingenio eius est paratum: cultus agrorum: ususqꝫ frugũ: artificum
sollertia: ꝓuentus artiũ: cõmoditas uitæ humanæ. Quid de legibus
dicam? qua ui faciente inuentęqꝫ sunt? quid de ciuilibus institutis:
ac moribus qui nunc populoꝝ accitis conuentibus frequentantur as
peritate bellorũ & pacata mitigant̃ quiete? Nisi forte iniustus reruꝫ
æstimator potest esse: qui hæc eadem de deo neget queꝫ uideat esse ui
ribus exuperantissimum: augustissimum: immortalis æui genitorẽ
Vnde nihil mirum est si mortales oculi non capiunt aspectum eius: N.
quando diuinoꝝ operum ui sit perspicuus atqꝫ manifestus. Huius De loco dei.
locum querimus: qui neque infimus est cum rerum contagionibus
neque in aere turbido: uerum in mundano fastigio: quem græci τον
ουραμον. idest cæluꝫ recte uocant; ut qui sit altitudinis finis. & iidẽ
ea ratione eum nominant: quem ab omni fuscitate ac perturbatione
uident liberum. neque enim caliginem nubium recipit: uel pruinas:
& niues sustinet: nec pulsatur uentis nec hymbribus ceditur. Hæc poeta.
enim de olympo q est cælsitudinis summæ: poeta his uerbis cecinit:
ζευσ δελαχου ραμον ευρυω ερ αϊθερει και μεφελησι.
idest sors Iouis aula poli enubis: super æthere facta est. Hanc opinio
nem cõmunis mos & hominum obseruatiões secutę: affirmant: supio
ra esse deo tradita. nanqꝫ habitus orantiũ sic est ut manibus extensis
in cælum pręcemur: Romanus etiaꝫ poeta sic sensit. Aspice licet sub Ro. poeta.
lime tuens: quem inuocant omnes Iouem. unde illa quæ uidentur:
suntque omnibus præstantia. Easdem sublimitates regionum tenẽt
astra cælestia & mundi lumina ac merito: licet illis ordine perpetuo
frui: nec diuersis ea in spaciis temporibus ue obseruantissimam legeꝫ
suorum aliquando itinerum metiuntur: terrena omnia mutationes
& conuersiones postremo interitus habent. Postremo quod est in

triremi gubernator: in curru rector: præcentor in choris: dux in urbe: dux in exercitu: hoc est in mundo deus: nisi quod cæteris erumnosum: & multiplex: & curaruꝫ innumerabiliū uidetur esse: hoc ipsuꝫ: alicuius officii principem fieri. Deo uero nec tristis: nec onerosa est imperii sui cura. Nanque nobis circunfert: & regit cunctas formas natura: quas diuersis regionibus commouens: ut est lex ciuitatis semel promulgata: perpetuis obseruationum rationibus fixa. ipsa quidem immutabilis: ac eius arbitrio parens mentes agitantur: nutuque eius: & dominatione flectūtur: & leitis eius magistratus: tribunalia: principia: milites: frequentabunt: recuperatores iudiciis præsidebūt. Videasqꝫ illam ciuitatem pariter spirantem odoribus: & graue olentibus cenis: & resonantem hymnis: & carminibus: & canticis: eandem etiam lamentis: & ploratibus eiulantem: & ad hunc modum res agi in mundo estimemus: lex illa. uel gens: ad æquitatis tenorem: reducēda sit nulla indigens correctione mutabili. Quippe sicut mundi uniuersitas regitur: dum speculatur ad omnia rector eius: atqꝫ immutabiliter incumbit: spargiturqꝫ uis illa seminibus inclusa: per naturas omnium: speciesqꝫ: & genera digesta: sic faciles uicium lapsus: & palmarum ardua: persicoruꝫ robur: leuitas mali: gignitur: sic & quæ infœlicia: propter infœcunditatem uocamus: tamen utilia sunt alio pacto Platani ut ait poeta: umbras potantibus ministrantes. Et cū sit unꝰ: pluribus nomībus cietur propter specierum multitudinem: quarū diuersitate fit multiformis: & a iuuandis suis Iuppiter dicitur: quem zena græci: quod uitæ nostræ autor sit: rectissime appellant: fulgurator: & tonitrualis: & fulminator: & item dicitur serenator: & plures eum frugiferum uocant: multi urbis custodem: alii hospitalem: amicalemqꝫ: & omnium officiorum nominibꝰ appellantes: & multo plura eiusmodi apud aruspices: & Romanos ueteres inuenies. Orpheus uero hanc effari potestatem uolens: his de eo uerbis canit.

ζευσ προτοσ γερετο. ζευσ υστατοσ αρχικε ραυροσ.
ζεῦσ κεφαλη. ζευσ μεσσα. Διοσ δεκπαρτα τετυκται.
ζευσ πυθμην γαινσ τε και ουραρου αστεροεντοσ.
ζευσ αρσην γερετο. ζευσ αμβροτοσ εμπλετο νύμφη.
ζευσ προιν παντων. ζευσ ακαμα του πυροσ ορμη.
ζευσ πορτοῦ ῥίζα. ζεύσ ηλίοσ. ηδε σελήνη.
ζευσ βασιλευσ. ζευσ αρχοσ απαντων αρχικεραυνοσ.
παντασ γαρ κρυψασ ανθισ φαοσ εσ πολύγηθεσ.
εξ ιερησ κραδιησ αμεμεγκατο μερμερα ρεζων.

Iuppiter omnipotens eſt primus: & ultimus idem.
Iuppiter eſt caput: & medium: Iouis omnia munus.
Iuppiter eſt fundamen humi: ac ſtillantis olympi.
Iuppiter & mas eſt: & neſcia fœmina mortis.
Spiritus eſt cunctis: ualidi uis iuppiter ignis.
Et pelagi radix: ſol: luna eſt iuppiter ipſe.
Omnipotens rex eſt: rei omnis iuppiter ortus.
Nam ſimul occuluit: rurſum extulit omnia leto.
Corde ſuo e ſacro: conſultor lumine: rebus.

Fatum quod græci ειμαρμενην: tractu quodam inuicem cauſarũm ſe continentium: uolunt dici decretum. idem pepromenen dicunt: q̃ omnia in hoc ſtatu rerum definita ſint: nec ſit in hoc mundo aliquid interminatum. idem fatum moeran uocant: quod ex partibus cõſtet hinc emiomon: quod unicuique attributio ſua ſit aſſcripta: ac pacti eadem rerum ineffugibilis neceſſitas ultionis. ſed tria fata ſunt: numerus cum ratione temporis faciens: ſi poteſtatem earum ad eiuſdẽ ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectũ eſt: præteriti temporis habet ſpeciem. & quod torquetur in digitis: mometi præſentis indicat ſpacia. & quod nondum colo tractum eſt: ſubactũ q̃ cura digitorum: id futuri & conſequentis ſæculi poſteriora uidetur oſtendere. Hæc illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit: ut ſit atropos præteriti temporis fatum. Lacheſis a fine cognominata: quod etiam illis quæ futura ſunt: finem ſuum deus dederit. Cloto præſentis temporis habet curam: ũt ipſis actionib⁹ ſua deat: ne cura ſollers rebus omnibus deſit. deus uero ire per oẽs terras non fruſtra arbitrabitur: qui audiet Platonis hæc uerba. Deus nanq̃ inquit: ſicut & uera continet ratio: principia. fines: & media rerũ omnium penetrat atque illuſtrando curſu uolucri ſuperfertur. Eundẽ deum ultrix neceſſitas ſemper. & ubique comitatur eorum qui a ſacra lege diſceſſerint. uindex futura quam ille facit mitificam: qui ſtatim a tenero & ipſis ĩcunabulis intellexit & timuit eique ſe totũ dedit atque permiſit.

Fatum.
Moeran.
Emiomon.
Tria Fata.
Atropos.
Lacheſis.
Cloto.
Plato.

HERMETIS TRIMEGISTI DIALOGVS LVT. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI IN LATINVM CONVERSIO.

Sclepius iſte pro ſole mihi eſt deus. Deus te nobis o Aſclepi: ut diuino ſmoni intereſſes: adduxit: eiq; tali: q merito omniũ antea a nobis factorum: uel nobis diuino munere iſpiratoꝝ: uideatur eẽ religioſa pietate diuinior: quẽ ſi itelligẽs uideris: eris omniũ bonoꝝ tota mẽte plẽiſſim⁹. Sed cũ multa ſint bona: & nõ unũ: i quo ſũt oĩa alteꝝ. n. alteri⁹ cõſentaneũ eſſe dinoſcit: oĩa unius eſſe: aut unum eſſe oĩa. Ita. n. unũ alteri cõnexũ: ut ſeparari alteꝝ ab utroq; nõ poſſit. S; de futuro ſmone hoc diligẽti intentiõe cognoſces. Tu uero o Aſclepi ꝓcede paululũ: atq; nobis: q iterſit: euoca. Quo ingreſſo: Aſclepius etiam Ammonẽ itereſſe ſuggeſſit. Trimegiſtus ait: nulla inuidia Ammonẽ ꝓhibet a nobis: eteni ad ei⁹ nomẽ multa meminimus a nobis eſſe ſcripta: ſicut & ad amantiſſimũ & bonũ filium: multa de phyſica: & ex ethica q̃plurima: tractatũ hunc aũt tuo a-ſcriba; nomini: prꝛter Ammonẽ uero nullum uoca alteꝝ: ne tantꝛ rei religioſiſſimus ſermo multorũ interuentu ueniẽtium: prꝛſentiaq; uioleẽ. tractatum aũt tota numinis maieſtate pleniſſimũ irreligioſꝛ mẽtis eſt multorum conſcientiꝛ publicare. Ammone etiam aditum ingreſſo: ſanctoq; illo: quattuor uirorum religione: & diuino dei cõpleto prꝛſentia: competenti uenerabiliter ſilentio ex ore Hermes animis ſingulorũ mentibuſq; pendentib⁹: diuinus Cupido ſic exorſus eſt dicere.

.TRIMEGISTVS. O Aſclepi omnis humana immortalis eſt anima: ſed non uniformiter cunctꝛ: ſed aliꝛ alio more: uel tempore. .ASCLEPIVS. Non enim o Trimegiſte omnis uni⁹ qualitatis eſt anima. .TRIME. O Aſclepi: ut celeriter de uera rationis ꝯtinentia didiciſti. Non enim hoc dixi: omnia unum eſſe: & unum omnia: ut quꝛ ĩ creatore ſunt omnia: anteq̃ creaſſet omnia: nec immerito ipſe dictus eſt omnia: cuius membra ſunt omnia: hui⁹ itaque qui eſt unus omnia: uel ipſe eſt creator omnium: in hac tota diſputatione curato meminiſſe: de cꝛlo cuncta deſcendunt in terrã: & in aquam: & in aera. Ignis ſolum: q̃ ſurſum uerſum fertur: uiuificat: quod deorſum ei deſeruiens: at uero quicquid de alto deſcendit: generans eſt: quod ſurſũ uerſus emanat nutriens. terra ſola

in seipsam consistens: omnium est receptrix: omniumque generum: quæ accipit restitutrix. Hoc ergo totum sicut meministi: quod ē omnium uel omnia anima & mundus: a natura comprehensa agitantur: ita omnium multiformi imaginum æqualitate uariata ne infinitæ qualitatum ex interuallo species esse noscantur. adunatæ tamē ad hoc ut totum unum & ex uno omnia esse uideantur: Totus itaq; quibus formatus est mundus: elementa sunt quattuor. ignis. aqua: terra: aer: mundus unus. anima una: deus unus. Nūc mihi adesto totus quantum uales: quantum calles astucia. diuinitatis etenim ratio diuina sensus intentione noscenda. torrenti simillima est fluuio e summo in pronum præcipiti rapacitate currenti: quo efficitur ut intentioneq; nostram: non solum audientium: uerum etiam tractantiū ipsorum celeri uelocitate prætereat. Cælum ergo sensibilis dei ad ministrator est omnium corporum: quorum augmenta detrimenta que sol & luna sortiti sūt. Cæli uero & ipsius animæ & omnium quæ in mundo sunt: ipse gubernator est qui est omnium effector deus. A supradictis enim omnibus: quorum gubernator est omnium frequētatio fertur influens per mundum & per animam omnium generum & specierum omnium: perque rerum naturam. Mundus autē præparatus est a deo receptaculum omniformium specierum. Naturam autem per species imaginans: mundum per quattuor elementa ad cælum usque adduxit: cuncta dei uisibus placitura: omnia autem desu per pendentia: in species diuiduntur: hoc quod dicturus sum genere Genera rerum omnium suas species sequuntur: ut sit ita soliditas genus: species generis particula. genus ergo deorum: demonumque genus æque & hominum. similiter uolucrum & omniuq; quæ in se mūdus habet: sui similes mundi species generat. genus est & aliud aīmal genus sine anima quidem. nec carens tamen sensibus. unde beneficiis gaudet. & aduersis minuitur atque uitiatur. omnium dico quæ īterra radicum stirpiumque incolumitate uiuiscunt: quarum species p totam terram sparsæ sunt. Ipsum cælum plenum est deo. Supradicta autem genera inhabitant usque ad loca specierum. quarum omniuq; rerum immortales sunt species. Species enim generis est pars ut homo humanitatis. quam necesse est sequi qualitatem sui generis. Vnde efficitur ut quanuis omnia genera sint immortalia: species tamen non omnes immortales sunt. Diuinitatis enim genus & ipsum & species immortales sunt. Reliquorum genera quorum æternitas est genus: quāuis per species occidat. nascendi tamē fœcunditate seruat

Mundus unus
Anima una
Deus unus
N
Mundus pparatus a deo receptaculū oīformiū specierum
N
quid sit spēs

ideoq; ſpecies mortales ſunt: ut homo mortalis: immortalis humani tas. Omnibus tamen generibus omnium generu; ſpecies miſcentur: quędam quæ antefactæ ſunt: quædam quæ de his factæ ſunt. Hæc autem quæ fiunt: aut a diis: aut a demonibus: aut ab hominibus: omnes ſimillimę generibus ſuis ſpecies. Corpora enim impoſſibile eſt cõformari ſine nutu diuino: ſpecies figurari ſine adiutorio demonum: animalia inſtitui & coli ſine hominibus non poſſunt. Quicunq; igitur demonum a genere ſuo defluentes: in ſpeciem fortuito cõiuncti ſũt: alicuius ſpeciei generis diuini proximitate: & conſortio: diis ſimiles habentur. Quorum uero demonum ſpecies: qualitate ſui generis ꝑſeuerant: hi amantes hominum rationem: demones nuncupantur. Similis eſt & hominum: aut eo amplior: multiformis enim: uariaq; humani generis ſpecies: & ipſa a prædicto deſuper adueniens conſortio: omnium aliarum ſpecierum multas: & prope omnium per neceſſitatem coniunctiones facit: propter quod: & prope deos accedit: qui ſe mente: qua diis iunctus eſt diuina religione diis iunxerit: & demones qui iis iunctus eſt. Humani uero qui medietate ſui generis contẽti ſunt: & reliquæ omnium ſpecies iis ſimiles erunt: quorum ſe generis ſpeciebus adiunxerunt. Propter hoc o Aſclepi magnum miraculum eſt homo animal adorandum: & honorandum. Hoc enim in naturam dei tranſit: quia ipſe ſit deus: hoc demonum genus nouit: utpote qui cum iiſdem ortum ſe eſſe cognoſcat. Hoc humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpicit: alterius partis diuinitate confiſus. O hominum quanta eſt natura: temperata fœlicius: ac diis cognata diuinitate coniunctus: partem ſui qua terrenus eſt: deſpicit: cætera omnia quibus ſe neceſſarium eſſe cæleſti diſpoſitione cognoſcit: nexu ſecu; caritatis aſtringit: ſicque ſuſpicit cælum: ſic ergo fœliciore loco medietatis eſt poſitus: ut quæ infra ſe ſunt: diligat: ipſe a ſuperiorib⁹ diligatur: elementis uelocitate miſcetur: acumine mentis in maris profũda deſcendit: omnia illi lucent: non cælum uidetur altiſſimum: quaſi enim e proximo ſagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius caligo aeris non confundit: non denſitas eius operam eius impendit: non aquæ altitudo profunda deſpectum eius obtundit: omnia idem eſt: & ubique idem eſt. Horum omnium generum: quæ ſunt animalia: deſuper: deorſum radices peruenientes habent: animalia de imo in ſuperna una radice ſilueſcunt. Quædam duplicibus aluntur elemẽtis: quædam autem ſimplicibus: alimenta autem ſunt bina animæ & corporis: e quibus animalia conſtãt. Anima mundi inquieta ſemper

De Demonibus

De p̄ſtãtia hoīs.

De diuinitate hoīs. quã acqrit ꝑ p̄hiam.

agitatione nutritur. corpora ex aqua & terra inferioris mundi alimẽ tis augescunt. Spiritus quoque plena sunt omnia. permixtus cũctis cuncta uiuificat: sensu addito ad hominis intelligentiam: quæ quinta pars sola homini concessa est ex æthere: Sed de animalibus cũctis humanos tantum sensus ad diuinæ rationis intelligentiam exornat: erigit atque sustollit. Sed quoniam de sensu commoneor: paulo post & huius rationem uobis exponam. Est enim sanctissima & magna: & non minor q̃ ea: quæ est diuinitatis ipsius. Sed nunc uobis expediam quæ cæperam. Dicebam enim in ipso initio rerum de coniunctione deorum. quomodo homines soli eorum dignatione perfruuntur. Quicunque etenim hominum tantum fœlicitatis adepti sunt ut illum intelligentiæ diuinum perciperent sensum: qui sensus est diuinior in solo deo: & in humana intelligentia. ASCLEPIVS. Non enim omnium hominum o Trimegiste uniformis est sensus.

TRIMECISTVS. Non omnes o Asclepi intelligentiam ueram adepti sũt: sed imagine; temerario impetu: nulla uera ratiõe ispecta sequentes: decipiuntur. quæ in mẽtibus maliciam parit. & transformat optimum animal in naturam feræ: moresque bestiarum. De sensu autem & de omnibus sensualibus quando & de spiritu tunc totam uobis præstabo rationem. Solum enim animal homo duplex est & eius una pars simplex est: quæ ut græci aiũt νοσιωΔνσ aut quaꝫ uocamus diuinæ similitudinis formam. Est autem quadruplex: qd̃ græci nos mũdanum dicimus: ex quo factum est corpus: quo circuntegitur illud quod in homine diuinum esse iam diximus: in quo mentis diuinitas recta sola cum cognatis suis: idest mentis puræ sensibus secum ipsa conquiescat: tanquam muro corporis septa. ASCLEPIVS. Quid ergo oportuit. o Trimegiste hominem in mundo cõstitui: & non in ea parte qua deus est: eum in summa beatitudine degere?

TRIMEGISTVS. Recte quæris o Asclepi. & nos enim rogamus deum: ut tribuat nobis facultatem reddendæ rationis istius. cum enim omnia uoluntate eius dependeant. tũ illa uel maxime quæ de tota summitate tractantur: quam rationem præsenti disputatione conquirimus. Audi ergo Asclepi. Dominus & omnium conformator: quem recte deum dicimus: quem a se secundum fecerit qui uideri & sentiri possit: eundem secundum sensibilem ita dixerim: nõ ideo quod ipse sentiat. de hoc enim an ipse sentiat: an ñ: alio dicemus tempore. sed eo quod uidentium sensus incurrit: quoniam ergo hunc

fecit: ex se primum & a se secundum: uisusq3 est ei pulcher: utpote q sit omnium bonitate plenissimus: amauit eum ut diuinitatis suæ partem: ergo ut tantus: & tam bonus esset uoluit alium: qui illum: que3 ex se fecerat: intueri potuisset: simulque & rationis imitatorem: & diligentiæ fecit hominem. Voluntas etenim dei ipsa summa est perfectio: utpote cum uoluisse: & perfeciſſe: uno eodemq3 temporis puncto compleat. Quum itaque ΟΥΣΙΩΔΗΝ animaduerteret deus non posse omnium rerum esse diligentem: nisi eum mundano integumento contegeret: texit eum corporea domo: talesque omnes esse præcepit: ex utraque natura in unum confundens: miscensque: quantum satis esse debuisset. Itaque hominem conformauit ex animi & corporis: id est ex æterna & mortali natura: ut animal ita conformatu3: utriq3 origini suæ satisfacere possit: & mirari: atque orare cælestia: & æterna: incolere atque gubernare terrena. Modo autem dico mortalia non aquam & terram: quæ duo de quattuor elementis subiecit natura hominibus: sed ea quæ ab hominibus: aut in his: aut de his fiunt: ut ipsius terræ cultus: pascua: ædificatio: portus: nauigationes: communicationes: commodationes alternæ: qui est humanitatis firmissimus nexus: & pars mundi: quæ ẽ aqua & terra: quæ pars terrena mũdi artium disciplinarumq3 cognitione: atque usu seruatur: sine quibus mundum deus noluit esse perfectum: placitum enim dei necessitas sequitur: uoluntatem comitatur effectus. Neque enim credibile est deo displiciturum esse: quod placuit: cum & futurum id: & placiturum: multo ante sciuerit. Sed o Asclepi animaduerto ut celeri mẽtis cupiditate festines audire: quomodo homo cæli: uel quæ in eo sunt: dilectum possit habere: uel cultum. Audi itaque o Asclepi: dilectus dei cæli: cum his: quæ insunt omnibus: una est obsequiorum frequentatio: hanc aliud animal non confecit: nec diuinorum: nec annalium: nisi solus homo: hominum enim admirationibus: adorationibus: laudibus: obsequiis: cælum: cælestesque delectantur: nec immerito in hominum cœtum musarum chorus est a summa diuinitate demissus: scilicet ne terrenus mundus uideretur incultior: si modulorum dulcedine caruisset: sed potius ut in usitatis hominum cantilenis concelebraretur: & laudibus: nec in terris harmoniæ suauitas defuisset: aliqui enim ipsique pauciſſimi pura mente præditi: sortiti sunt cæli suspiciendi uenerabiliorem curam: quicunq3 autem ex duplici naturæ suæ confusiõe interiorem intelligentiam mole corporis resederunt: curandis elementis: hisque inferioribus sunt præpositi.

Quare Musica a deo hoibus data sit.

Animal ergo homo: non quidem est minor quod ex parte mortalis sit. Sed ex eo forte aptius efficatiusque compositus ad certam rationem mortalitate auctus esse uideatur: scilicet quoniam utrunq; ubi ex utraque materia substinere non potuisset. ex utraque formatus est: ut & terrenum & diuinum posset habere dilectum. Rationem uero tractatus istius Asclepi: non solum sagaci intentione: uerū etiam cupio te animi uiuacitate percipere. Est enim ratio plurimis incredibilis. integra autem & uera percipienda sanctioribus mentibus: itaq; hinc exordiar. Aeternitatis dominus deus, secūdus est mundus. homo est tertius: effector mundi deus. & eorum quæ insūt omnium: simul cuncta gubernando: cum ipso homine gubernatore composita: quod est totum suscipiens. Homo ideſt curam proprie efficit diligentiæ suæ: ut sicut & ipse mundus uterque ornamento sibi: ut ex hac hominis diuina compositione mūdus græce rectiº κοσμοσ dictus uideatur. Is nouit se: nouit & mūdum: ut meminerit quid partibº conueniat suis: quæ sibi utenda: quibus sibi inseruiendum sit: recognoscat. Laudes grateſq; maximas agens deo. eius imaginem uenerans: non ignarus. sed etiam secūdum esse imaginem dei cuius sunt imagines duæ: mundus scilicet & homo. unde efficitur ut quoniam est ipsius una compago. parte qua ex anima & sensu & spiritu atq; ratione diuinus est: uelut ex elementis superioribº ascendere posse uideatur in cælum. parte uero mundana quæ constat ex igne & aqua & aere: mortalis resistat in terram: ut naturæ suæ omnia mundana uidua desertaque dimittat. sic enim humanitas ex parte diuina: & ex parte mortalis est effecta in corpora consistens. Est autem mensura eius utriusque ideſt hominis ante omnes religio: quam sequitur bonitas: ea demum tunc uidetur esse perfecta: si etiam cupiditatum omnium alienarum rerum sit despectus uirtute munita.

Sunt enim ab omnibus diuinæ cognationis partibus aliena: omnia quæcunque terrena: corporali cupiditate possidentur: & merito possessionum nomine nuncupantur. quoniam non nata sunt nobiscum sed postea a nobis possideri cæperunt. Omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt: etiam corpus: ut & ea quæ appetimus: & illud ex quo appetentiæ nobis est uitium: despiciamus. Vt enim meum animum rationis ducit intentio: homo hactenus esse debuit: ut contemplatione diuinitatis partem quæ ibi iuncta mortalis est: mūdi interioris necessitate seruandi despiciat atque contemnat. Nam ut homo ex utraque parte possit esse pleniſſimus: quaternis eum utriusque

partis elementis animaduerte esse formatu3: manibus & pedib' utrisque binis: aliisque corporis membris: quibus inferiori id est terreno mundo deseruiat. Illis uero partibus quattuor sensus: animi: memoriæ: atque prouidentiæ: quarum ratione cuncta diuina norit: atque suspiciat. Vnde efficitur: ut rerum diuersitates: qualitates effectus: quantitates: suspicioſa indagine homo sectetur. Retardat' uero graui & nimio corporis uitio has naturæ rerum causas: quæ sunt ꝓprie: prouidere non potest. Hunc ergo sic effectum conformatumq3: & tali ministerio obsequioq3 præpositum: a summo deo: eumq3 competenter munde mundum seruando: deum pie colendo: digne & competenter in utroque dei uoluntati partem: talem quo munere credis esse munerandum? Siquidem cum dei opera sit mundus: eiusq3 pulchritudinem qui diligentia seruat: atque auget: operamq3 suam cu3 dei uoluntate coniungit: cum speciem qua3 ille intentione diuina formauit: adminiculo sui corporis: diuino opere curaque componit: nisi eo quo parentes nostri munerati sunt: quo etiam nos quoque munerari si fuerit diuinæ pietati complacitum: optamus piissimis uotis: ut emeritas atque exutas mundana custodia nexibus mortalibus absolutos: nec superioris partis id est diuinæ puros: sanctosque restituat. ASCLEPIVS. Iuste & uere dicis o Trimegiste. Hæc est enim merces pie sub deo diligenter cum mundo uiuentibus: secus enim impieque qui uixerint: & reditus denegatur in celum: & constituitur incorporalia alia indigna sancto animo & fœda est commigratio: ut iste rationis sermo processit o Trimegiste futuræ æternitatis spe animæ in humana uita periclitantur. Sed aliis incredibile: aliis fabulosum: aliis forsitan uideatur esse derideudum. Res enim dulcis est in hac corporali uita: qui capitur de possessionibus fructus: quare animam obtorto ut aiunt detinet collo: ut in parte sui quæ mortalis est inhæreat: nec nec sinit pacem diuinitatis agnoscere: inuidens immortalitati malignitas: Ego enim tibi quasi prædiuinans dixero: nullum post nos habiturum delectum simplicem: qui est philosophiæ: quæ sola est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus: & sancta religio: multi etenim eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehensibilem philosophiam afficiunt: aut quemadmodum multifaria ratione confundunt? TRIMEGISTVS. O Asclepi hoc modo in uarias disciplinas: nec comprehensibiles: eam callida commentatione miscentes: Arihmeticham: Musicam: Geometriam: Puram au-

tem philoſophiam: eamque tantum diuina religione pendentem: tantum intendere in reliquas oportebit: ut apocataſtaſis aſtrorum ſtationes præfinitas: curſumque commutationis numeris conſtare miretur. Terræ uero dimenſiones: qualitates: quantitates: maris profunda: & ignis uim & horum omnium effectus naturam cognoſcens miretur: adoret: atque collaudet artem: diuinamque mentem. Muſice uero noſſe nihil aliud eſt: niſi cunctarum rerum ordinem ſcire quæ q3 ratio diuina ſortita eſt. Ordo enim rerum ſingularum in unum omnium artifici ratione collatus: concentum quendam melo diuino dulciſſonum ueriſſimumque conficiet. ASCLEPIVS. Quid ergo homines poſt nos erunt. TRIMEGISTVS. Sophiſtarum calliditate decepti: a uera pura ſanctaque philoſophia auertentur: ſimplici enim mente & anima diuinitatem colere: eiuſque facta uenerari: agere etiam dei uoluntati gratias. quæ eſt bonitatis ſola pleniſſima. hæc eſt nulla animi importuna curioſitate uiolata philoſophia. & de his ſit hucuſque tractatum. De ſpiritu uero & de his ſimilibus hic ſumatur exordium. Fuit Deus & hyle: quem græce credimus mundum: & mundo comitabatur ſpiritus: ſed nō ſimiliter ut deo: nec deus ſunt hæc de quibus mundus eſt: iccirco non erant quā do nata non erant. ſed in eo iam tunc erant unde naſci habuerunt. Non enim ea ſola non nata dicuntur: quæ necdum nata ſunt. ſed ea quæ carent fœcunditate generandi: ita ut ex eis nihil naſci poteſt. Quæcunque ergo ſunt: quibus ineſt natura generandi: generabilia ſunt. de quibus naſci poteſt: tametſi ea ſe nata ſint. Neque enim dubitatur ex his: quæ ex ſe nata ſunt: facile naſci poſſe: de quibus cuncta naſcuntur. Deus ergo ſempiternus: Deus æternus: nec naſci poteſt: nec potuit: hic eſt: hic fuit ſemper: hic erit. Hæc ergo eſt: quæ ex ſe tota eſt: natura dei. Hyle autem uel mundi natura: & ſpiritus quanuis nata uideantur a principio. tamen ex ſe naſcendi, pereandiq3 uim poſſident atq3 naturam fœcūditatis. Etenī initiū in qualitate naturæ eſt: quæ cōceptus & partus in ſe poſſidet uim atque materiam. Hæc itaq3 ſine alieno cōceptu ē ſola generabilis. At uero quæ uim ſolam cōcipiēdi habeant: ex alterius cōnexione naturæ: ita diſcernenda ſūt. ut hic locus mūdi cum his: quæ in ſe ſunt: uideatur eſſe non natus: qui utiq3 in ſe uim totius naturæ habet. locū autē dico: in quo ſūt oīa. Neq3 enī hæc omnia oīa eſſe potuiſſent: ſi locus deeſſet q oīa ſuſtinere potuiſſet. oībus enī rebus quæ fuerunt: præcauēdū ē loco nec qualitates. n. nec quantitates: nec poſitiōes: nec effectus dignoſci

potūiſſent earum rerum quæ nuſquām ſunt. Sic ergo & mundus q̄/
uis natus non ſit: in ſe tamen omniū naturam habet: utpote: qui om/
nibus iis ad concipiendum ſinus præſtat fœcūdiſſimos: hoc ergo eſt
totum qualitatis materiæq̄ creabilis eſt: tametſi creata non eſt: ſicut
enim in natura materiæ qualitas fœcūda eſt: ſic & malignitatis eadem
eſt æque fœcūda. Nec ego dixi o Aſclepi: & Amon: quod a multis
dicitur: non poterat Deus incidere: atq; auertere a rerum natura ma/
liciam quib⁹ reſpondendum nihil omnino eſt. Vnde tamen cauſa: &
id proſequar: quod ceperam: & rationem reddam: dicūt enim ipſi om
nifariam deum mūdum a malicia liberaſſe. Ita enim in mundo eſt:
ut quaſi membrum ipſius uideatur eſſe: his enim rebus quibus cæte/
ris anteſtamus animalibus: ſoli poſſumus malicię fraudes: dolos ui/
tiaq; uitare. Ea enim qui anteq̄ iis implicitus eſt: ex aſpectu uita/
rit: is homo eſt diuina intelligentia: prudentiaque munitus: Fū/
damentum enim eſt diſciplinæ: in ſumma bonitate conſiſtens. Spi/
ritu autem miniſtrantur omnia: & uegetantur in mundo: & quaſi
organum uel machina ſummi dei uoluntati ſubiectus eſt. Itaque
hactenus intelligatur a nobis mente ſola intelligibilis: ſummus: qui
dicitur deus rector: gubernatorque ſenſibilis dei eius: qui in ſe com/
plectitur omnem locum: omnem rerum ſubſtantiam: totamque gi/
gnentiū: creantiumq; materiam: & omne quicquid eſt quantumcū
q; eſt: ſpiritu uero agitatur: ſeu gubernatur omnis in mūdo ſpecies:
unaqueq; ſecundum naturam ſuam a deo diſtributam ſibi. Hyle
autem uel mundus omnium eſt receptaculum omniumq; agitatio:
atque frequentatio: quorum deus gubernator diſpenſans omnibus
rebus humanis quantum unicuique neceſſarium eſt. Spirit⁹ au/
tem implet omnia cui⁹cūq; naturæ qualitas eſt. Eſt enim caua mū/
di rotunditas in modum ſpheræ. Ipſa ſibi qualitatis: uel formæ
ſuæ cauſa: inuiſibilis tota: Quippe cum quēcūque in ea ſummū:
ſubter deſpiciendi cauſa delegeris locum: ex eo in imo quid ſit: ui/
dere non poſſis: propter quod multis locis inſtat: qualitatemque
habere creditur: per formas enim ſola ſpecierum: quarum imagini
b⁹ uidetur inſculpta: quaſi uiſibilis creditur: cum depicta monſtra/
tur. Re autem uera eſt ſibi ipſi inuiſibilis ſemper: ex quo eius
unum uel pars locus eſt in ſphera græce ΑΛΝΟ dicitur. Siqdem
ΕΙΔΕΙΡ græce uidere dicitur: quo uiſu primum ſpheræ careant:
unde & ΕΙΔΝ dicuntur ſpecies qd̄ ſint inuiſibilis formæ ab eo ita/
que quod uiſu priuantur: græce ades: ab eo qd̄ in imo ſpheræ ſūt

latine inferi nũcupantur. Hæc ergo principia & antiquiora: & quasi initia: uel capita omnium: quæ sunt in his: aut per hæc: aut de his. Inferi

ASCLEPIVS. Omnia ergo ipsa ut dicis o Trimegiste mũdana: ut ita dixerim: specierum omnium: quæ insũt in uniuscuiusq; sicuti est tota substantia. TRIMEGISTVS. Mundus itaq; nutrit corpora. spiritus. animas. sensus autem quo dono cælesti sola fœlix sit humanitas: alit mentem. Neque enim omnes: sed pauci quorum ita mens est ut tanti beneficii capax esse possit. Vt enim sole mundus: ita mens humana isto lumine claresçit. & eo amplius. Naq; sol quicquid illuminat: aliquando terræ & lunæ interiectu interueniente nocte: eius priuatur lumine. sensus autem cum semel fuerit animæ commixtus humanæ: fit una ex bene coalescente commixtõe materia. ita ut nunquam eiusmodi mentes caliginis impediantur erroribus. unde iuste: sensus deorum animas esse dixerunt. Ergo nec eorũ dico omnium: sed magnorum quorumcunque & principalium. compõ

ASCLEPIVS. Quos dicis rerum capita uel initia primordiorum o Trimegiste. TRIMEGISTVS. Magna tibi pando: & diuina nudo mysteria: cuius rei initium facio ex optato fauore cæleſti. Deorum genera multa sunt: eorumque omnium pars intelligibilis dicitur. non ideo quod putentur non subiacere sensibus nostris magis enim sentimus eos: q̃ quos uisibiles nuncupamus. sicut disputatio perdocebit. sublimis enim ratio eoque diuinior ultra hominũ mentes: intentioneſque consistens: si nunc attentiore aurium obsequo uerba loquentium acceperit: transuolabit & transfluet: aut magis refluet: suique fontis liquoribus miscebit se. sunt ergo omnium specierum princeps dii hos sequuntur dii: quorum est princeps: ΝΟΥΣΙΑ hi sensibiles utriusque originis suæ consimiles: qui per sensibilem naturam conficiunt omnia: altera per alterum. unusquisque opus suũ illuminans cæli: uel quicquid est quod eo nomine compræhenditur ΝΟΥΣΙΑ. est Iuppiter. per cælum enim iuppiter omnibus præbet uitam. solis. ΟΥΣΙΑ. est lumẽ. Bonum enim luminis per orbem solis nobis infunditur. xxxvi. quorum uocabulum est Horoscopii: in eodem loco semper defixorum siderum. horum usiarches uel princeps est: quem Pantomorphon uel Omniformẽ uocant: qui diuersis speciebus diuersas formas facit septem sphæræ: quæ uocantur. habent. ideſt sui principes: quam fortunam dicunt. & hemarmenem: quibus imitantur oĩa lege naturæ stabilitate firmissima & sempiterna agitatione uariata. Aer uero organum est Vsiarches. pantomorphõ Aer

uel machina omnium: per quam omnia fiũt: ẽ aũtem ũsiarches: huius secũdus mortalibus & his similia. His ergo ita se habentibus: ab imo ad summum se mouentibus. Sic igitur connexa sunt omnia pertinentia ad se naturaliter: ut mortalibus mortalia: sensibiliaque sensibilibus annexa sint. Summa uero gubernatiõis summo illi domino paret: ut ñ multa: aut potius unum ex uno: etenim cuncta pendentia ex eoque potius defluentia cum distantia uidentur: credunt esse plurima diuisim adunata uero unũ uel duo: unde fiunt omnia: & a quo fiunt: idest de materia: de qua fiunt: & ex eius uoluntate: cuius nutu efficiuntur alia. .ASCLEPIVS. Hæc iterum ratio quæ est o Trimegiste. TRIMEGISTVS. Talis o Asclepi Deus etenim uel pater: uel dominus omnium: uel quocunque nomine ab omnib⁹ sanctius: & religiosius nuncupetur: quod inter nos intellectus nostri causa debet esse sacrata: tanti eius numinis contemplatione nullo ex iis nominibus eum definite nũcupamus. Si enim uox hæc est ex aere percusso spiritu: sonus est declarans eẽm hominis uoluntatem: uel sensum: quem forte ex sensibus mente perceperit: cuius nominis tota substantia paucis composita syllabis definita: atque circũscripta est: ut esset in homine necessarium uocis: auriũq3 commertium: similiter etiam & spiritus: & aeris & omnium in his: & per hæc: aut cũ his nomẽ est totum dei. Nõ enim spero totius maiestatis effectorem omniumq3 rerum patrẽ uel dominũ uno posse q̃ quis e multis composito nomine: nuncupari. Hunc uero uno nomine: uel potius omni nomine: siquidem sit unus: & omnia: ut sit necesse: aut omnia esse eius nomine aut ipsum omnium nominibus nuncupari. Hic ergo solus ut omnia: utriusq3 sexus fœcũditate plenissimus: semper uolũtatis suæ prægnans parit quicquid uoluerit procreare. Volũtas eius est bonitas omnis: hæc eadem bonitas omnium rerũ est: ex diuinitate eius natura nata: ut sint omnia sicut sũt: & fuerũt: & futuris omnib⁹ dehĩc natura ex se nascẽdi sufficiat. Hæc ergo ratio o Asclepi: sibi sit reddita: quare & quomõ fiãt oĩa utriusq3 sexus. .ASCLEPIVS. Ergo deum dicis o Trimegiste. .TRIMEGISTVS. Non solu3 deum o Asclepi sed animalia omnia: & ĩanimalia: impossibile enim est aliquid eorum: quæ sũt ĩfœcũdum esse: fœcũditate enim dempta ex oĩbus: quæ sũt: impossibile erit semp esse quæ sũt. Ego enĩ naturam & sensum: & mũdum dico ĩ se cõtinere naturam: & nata oĩa cõseruare, pcreatiõe eniz uterq3 plẽus ẽ sex⁹: & ei⁹ utriusq3 cõnexio: aut qd ẽ ueri⁹: unitas içõprehẽsibilis ẽ: quoniaz siue Cupidinẽ: siue Venerẽ:

ſiue utrunque poteris recte nūcupare. Hoc ergo ūerius uero mente præcepto: quod ex omni illo loco totius naturæ deo hæc ſit inæternū cunctis procreandi inuentum: tributumque miniſterium: cui ſūma caritas: lætitia: hilaritas: & cupiditas: amorq3 diuinus innatus eſt. & dicendum foret quanta ſit eius miniſterii uis atque neceſſitas: niſi ex ſui contemplatione unicuiq3 ex ītimo ſenſu nota eſſe potuiſſet. Si.n. illud extremum temporis quo ex cerebro ad ritū ꝓuenimus ut utraq3 fundat natura progeniem. animaduertis ut altera alterius auide rapiat ſemen: interiuſq3 recondat: denique eo tempore ex connexiōe cōmuni: uirtutem marium etiam fœminæ adipiſcūtur & mares femīeo corpore lateſcūt. Effectus itaq3 huius tam blandi neceſſariiq3 myſterii in occulto ꝓpetratur: ne uulgo irridentibus imperitis utriuſq3 naturæ diuinitatis ex cōmixtiōe ſexꝰ cogaſ erubeſcere: multo magis ēt ſi uiſibus irreligioſorūm hominū ſubiiciaſ. ſūt autē non multi: aut admodum pauci: ita ut numerari etiam in mundo poſſint religioſi. Vnde contingit in multis remanere maliciam defectu prudentiæ ſciētiæq3 reꝝ omniū quæ ſunt. ex non intellectu enim religionis diuinæ: qua conſtituta ſunt oīa: contemptus: medelaq3 naſciſ uitiōꝝ totius mundi. ꝓſeuerante aūt imperitia atq3 inſcitia uitia oīa conualeſcunt & uulnerant aīam inſanabilem: uiciiſq3 infecta iiſdem atque uitiata quaſi uenenis tumeſcit. niſi eoꝝ quoꝝ aīaꝝ diſciplina & intellectꝰ: & ſumma curatio eſt. Si ergo ſolis & paucis hoc proderit: dignum eſt hunc ꝓſequi atq3 expedire tractatū. Quare ſcilicet ſolis hominibus ītelligentiam & diſciplinam ſuam diuinitas ſit impartiri dignata audiitaq3. Deus pater & dominus cum poſt deos homines efficeret ex pte corruptiore mundi: & ex diuina pari lance componderans: contingit uitia mundi corporibus commixta remanere. & alia propter ciboſ uictumque: quem neceſſario habemus cum omnibus animalibus communem: quibus de rebus neceſſe eſt cupiditatuꝫ deſideria: & reliqua mentis uitia animis humanis incidere. Diis uero: utpote ex parte mundiſſima naturæ effectis & nullis indigentibus rationis diſciplinæq3 adminiculis: quanuis immortalitas & unius ſemper ætatis uigor ipſe ſit prudentia & diſciplina. tum propter rationis unitatem pro ratione & intellectu ne ab his eſſent alieni ordinem neceſſitatis lege conſcriptum æterna lege conſtituit: hominem ex animalibus cunctis de ſola ratione diſciplinaque cognoſcens: per quæ uitia corporum homines auertere: atq3 abalienare potuiſſent: ipſos ad intentionem ſpemque immortalitatis prætendens. denique & bonum hominē: q poſſet

immortalis esse: ex utraq3 natura composuit diuina: atque mortali: & sic compositum per uoluntatem dei: hominem constitutum est cē meliorem diis: qui sunt ex sola immortali natura formati: & omniu3 mortalium: propter quod homo diis cognatione coniunctus: ipsos religione: & sancta mente ueneratur: diique pio affectu humana omnia respiciunt: atque custodiunt. Sed de hominibus paucis istud dictum est pia mente præditis: de uitiosis uero nihil dicendum est: ne sanctissimus sermo eorum contemplatione uioletur: & quoniam de cognatione & consortio hominum deorumque sermo nobis indicit: potestatem hominis o Asclepi uimque cognosce: dominus & pater: uel quod est summum deus: ut effector est deorum cęlestium: ita homo effector est deorum q in tēplis sunt humana ꝑximitate contenti: & non solum illuminantur: uerum etiam illuminant: nec solū ad deum ꝑficit: uerūetiam confirmat deus. Miraris o Asclepi an nunquid diffidis: ut multi. ASCLE. Confundor o Trimegiste: sed tuis uerbis libēter assensus: fœliciſſimū hominem iudico: qui sit tanta3 fœlicitatem cōsecutus. TRIME. Nec immerito miraculo enī dignus est: qui maximus est oīu3 deoꝝ. Genus enim oīu3 confusione manifestū est: de mundissima ꝑte naturæ propagatū: signaq3 eoꝝ sola pro omnib⁹ eē: quasi capita: species uero deoꝝ quas cōformat hūanitas ex natura utraq3 cōformata est: ex diuina quæ ē prior: multoq3 diuinior: & ex ea: quæ ītra homines ē: id est ex materia qua fuerunt ꝑcreatæ: uel fabricatæ: & nō solum capitib⁹ solis: sed mēbris omnib⁹: totoq3 corpoꝝ cōfigurantur. Ita hūanitas semp uicina naturæ: & origini suæ in illa diuinitatis imitatione ꝑseuerat: ut sicut deus ac dominus: ut sui similes essent: deos fecit æternos: ita hūanitas deos suos ex sui uultus similitudie figuraret. ASCLE. Statuas dicis o Trimegiste? TRIME. Statuas o Asclepi: uides ne quaten⁹ tuipse diffidas: statuas aīatas sensu: & spiritu plenas: tanta & talia facientes: statuas futuroꝝ præscias: easq3 forte uates oēs somniis: multisq3 aliis rebus prædicentes ībecillitates hominibus faciētes: easq3 curantes: tristiciamq3 pro meritis. An ingnoras o Asclepi: q ægypt⁹ imago sit cæli: aut qđ est ueri⁹ translatio & descensio oīu3: quæ gubernantur: atq3 exercent in cælo: etsi dicendū est: uerius terra nostra toti⁹ mūdi est templum: & tamē quoniam præscire cuncta prudētes decet: istud nos ignorare fas non est: futurum tempus est: cū appareat ægyptios incassum pia mente diuinitatem sedula religione seruasse: & omnis eorum sancta ueneratio in irritum casura frustrabitur: e terris enim

ad cælum eſt recurſura diuinitas: linquetur ægyptus: terraque quæ fuit diuinitatis ſedes: religione uiduata: numinum præſentia deſtitu etur. alienigenis enim regionem iſtam terramque complentibus non ſolum neglectus religionum. ſed quod eſt durius: quaſi de legibus a religione: pietate. cultuque diuino ſtatuetur proſcripta: plena pro hibitio erit. tunc terra iſta ſanctiſſima ſedes delubrorum atque tẽplo rum: ſepulchrorum etiam mortuorumq; pleniſſima. O ægypte ægy ptæ religionum tuarum ſole ſupererunt fabulæ. & æque incredibiles poſteris ſuis: ſolaq; ſupererunt uerba lapidibus inſciſa: tua pia facta narrantibus: & inhabitabit ægyptu; Syrus aut Indus: aut aliqs talis. Diuinitas enim repetet cælum. deſerti homines toti morientur atque ita ægyptus deo & homine uiduata deſeretur. Te uero appello ſan ctiſſimum flumen: tibiq; futura prædico: torrenti ſanguine plẽ ad ripas uſque erumpes: undæq; diuinæ non ſolum pluentur ſanguine ſed totæ rumpentur: & uiuis multo maior erit numerus ſepultorũ. ſuperſtes uero qui erit lingua ſola cognoſcetur ægyptiis: actibus ue ro uidebitur alienus. Quid fles o Aſclepi! & his amplius: multoque deterius ipſa ægyptus ſuadebitur: imbueturq; maioribus malis quæ ſancta quondam & diuinitatis amantiſſima: deorum in terra religio nis ſuæ merito: ſola ſeductio ſanctitatis & ĩpietatis magiſtra erit: ma ximæ crudelitatis exemplum: & tunc tœdio hominum non adiuuan dus uidebitur mundus: neque adorandus. hoc totum bonũ quo me lius: nec eſt: nec fuit: nec erit: quod uideri poſſit: periclitabitur eritq; tœdium omnibus: ac per hoc contẽnetur: nec diligetur totus hic mũ dus. Dei opus immutabile: glorioſa conſtructio. bonum multifor mi imaginum uarietate compoſitum. machina uoluntatis dei in ſuo opere ſine inuidia ſuffragantis omnium in unum quæ uenerari. lau dari. amari denique a uidentibus poſſunt: multiformis adunata con geſtio. Nam & tenebræ præponentur lumini. & mors uita melior iu dicabitur. nemo ſuſpiciet cælum. religioſus pro inſano: irreligioſus putabitur prudens. furioſus fortis. pro bono habebitur peſſimus. anima enim & omnia circum eam. quibus aut mortalis nata eſt. aut immortalitatem ſe conſecuturam eſſe præſumit ſecundum quod uo bis expoſui. non ſolum riſus ſed etiam putabitur uanitas. Sed mi hi credite etiam periculum capitale conſtituetur in eum: qui ſe men tis religioni dederit: noua conſtituentur iura: lex noua: nihil ſanctũ nihil religioſum: nec cælo: nec cæleſtibus dignum audietur aut men te credetur. fit deorum ab hominibus receſſio dolenda ſoli nocentes

angeli remanent: qui humanitati commixti ad omnia audaciæ mala miseros: manu infecta compellent ad bella: in rapinas: in fraudes: & in omnia quæ sunt animarum naturæ contraria: tunc nec terra constabit: nec nauigabitur mare: nec cælum astrorum cursibus: nec siderum cursus constabit in cælum: omnis uox diuina necessaria taciturnitate mutescet: fructus terræ corrumpentur: nec fœcunda erit tellus & aer ipse mœsto corpore languescet. Hæc & talis senectus ueniet mundi: irreligio: & inordinatio: & irrationabilitas bonorum hominum: cum hæc cuncta contigerint o Asclepi: tunc ille dominus: & pater: Deus primipotens: & unus gubernator mundi intuens in mores factaque uoluntaria uoluntate sua: quæ est dei benignitas: uitiis resistens: & corruptele omnium errantem reuocans: malignitatem omnem: uel alluuione diluens: uel igne consumens: uel morbis pestilentibus ubi q3 per diuersa loca dispersis finiens: ad antiquam faciem mundum re uocabit: ut & mundus ipse adorandus uideatur: & mirandus: & tanti operis effector: & restitutor deus: ab omnibus: qui tunc erũt: frequẽ tibus laudum præconiis benedictionibusq3 cælebretur. Hac enim mũ di genitura cũctarum reformatis rerum bonarum: & naturæ ipsius: sanctissima & religiosissima restitutio: peracto temporis cursu: quæ est: & fuit sine initio: sempiterna uoluntas etenĩ dei caret initio: quæ eadem est: & ubique est sempiterna. ASCLEPIVS. Dei enim natura consiliũ est uoluntatis o Trimegiste. TRIMEGISTVS. O Asclepi uoluntas consilio nascitur: & ipsum uelle est ex uolunta/ te: neque enim impense aliquid uult: qui est omnium plenissimus: & ea quæ uult: habet. uult autẽ omnia bona: & habet omnia quæ uult: hic autem est deus: eius boni imago: mundus: ASCLEPIVS. Bonus o Trimegiste! TRIMEGISTVS. Bonus o Asclepi: ut ego te docebo. Sicuti enim deus omnibus speciebus: uel generib⁹: quæ in mundo sunt: distributor: dispensatorque est bonorum: id est sensus animæ: & uitæ: sic & mundus præstitor est: & tributor omniũ quæ mortalibus uidentur bona: id est alternationis partium tempo/ ralium fructuum natiuitatis: augmentorum: & maturitatis: & hoꝛ similium: ac per hoc de supra uertice summi cęli consistens ubique est omniaque circunspicit: sic est enim ultra cęlum locus sine stellis ab omnibus rebus corpulentis alienus dispensator: qui est inter ce/ lum: & terram: locum obtinet: quem iouem uocamus! terrę uero & mari dominatur iuppiter. Plutonius & hic nutritor ẽ animan/ tium mortalium & fructiferarum horum omnium uiribus fructus

quẽ locũ obtineat Iuppiter.

Iuppiter Plutonius.

arbusta & terra uegetantur. aliorum uero uires & effectus per omnia quæ sunt distribuuntur. Distribuentur uero: qui terræ dominẽtur: & collocabuntur in ciuitate in summo initio ægypti: quæ a parte solis occidentis condetur: ad quam terra marique festinabit omne mortale genus. ASCLEPIVS. Modo tamẽ hoc tempore ubi ille sunt o Trimegiste? TRIMEGISTVS. Collocati sunt in maxima ciuitate in monte Libyco: & hæc eousque narrata sint. De immortali uero & mortali: modo disserendum est. multos enim spes timorque mortis: ueræ rationis ignaros: excruciat. Mors igitur efficitur dissolutione corporis labore defessi: & numeri completi: quo corporis membra in unam machinam aduersus uitales aptantur. Moritur enĩ corpus quando corporis uitalia ferre posse destitit. hoc ergo est mors corporis dissolutio: & corporalis sensus interitus. de quo sollicitudo superuacua est. Sed alia necessaria: quam aut ignorantia: aut incredulitas contemnit humana. Audi ergo o Asclepi. Cum fuerit animæ a corpore facta discessio: tunc arbitrium examen que meriti eius transiliet in summi demonis potestatem: isque eam cum piam iustamque prouiderit: in sui competentibus locis manere permittet. Si autem delictorum illitam maculis uitiisque oblitam uiderit: desuper ad ima deturbans procellis: turbinibusque aeris: igni: & aquæ: sæpe discordantibus tradet. atque inter cælum & terram mũdanis fluctibus in diuersa semper æternis pœnis agitata raptabitur ut in hoc obsit animæ æternitas: quod sit ĩmortali sententia æterno iudicio subiugata. Ergo ne his implicemur uerendum tantundem cauẽdumque esse cognosce. Incredibiles enim post delicta cogentur credere: non uerbis: sed exemplis. nec minis: sed ipsa passione pœnarum:

ASCLEPIVS. Non ergo Trimegiste hominum delicta sola humana lege puniuntur. TRIMEGISTVS. Primo enim o Asclepi terrena omnia quæ sunt: mortalia sunt. nũc omnia etiaꝫ quæ sunt rationi corporali uiuentia: & a uiuendo eadeꝫ corporali lege deficientia: ea omnia pro uitæ meritis: aut delictis pœnis obnoxia. tanto post mortem seuioribus subiiciũtur: quanto multa forsitan fuerũt celata dum uiueret. prescia enim rerum omnium diuinitate reddentur perinde ut sint pro delictorum qualitatibus pœnæ. ASCLEPIVS. Qui sunt digni maioribus pœnis o Trimegiste? TRIMEGISTVS. Qui damnati humanis legibus uitam uiolenter amittunt: ut non naturæ animam debitam. sed pœnaꝫ pro meritis reddidisse uideantur: contra iusto homini in dei religione & in summa

Quid sit Mors: & quomõ efficiat.

Merita p̃stita ꝑ sũmũ demonẽ bonę & immaculatę aĩę cum a corpore humano digreditur & separat.

Pena aĩę illitę maculis uitiisq; oblitę. postq̃ a corpore discesserit.

pietate præsidium est: deus enim tales ab omnibus tutatur malis: pa/
ter enim omnium & dominus: qui solus est omnia: omnibus se liben
ter ostendit. Non ubi sit loco: nec qualis sit qualitate: nec quantus
quantitate: sed hominem sola intelligentia mentis illuminans: qui di/
scussis ab animo errorum tenebris & ueritatis claritate præcepta toto
se sensu intelligentiæ diuinæ commiscet cuius amore a parte naturæ
qua mortalis est liberatus immortalitatis futuræ concipit fiduciam.
Hoc ergo inter bonos malosq; distabit. Vnusquisq; enim pietate: re/
ligione: prudentia: cultu: & ueneratione dei: clarescit: quasi oculis ue
ra ratione perspecta: & fiducia credulitatis suæ: in tantum inter homi
nes præstans: quantum sol cæteris astris lumine suo antestat. Ipse enī
sol non tam magnitudine numinis: q̄ diuinitate & sanctitate cæteras
stellas illuminat: secundum enim deum hunc crede o Asclepi cætera
gubernantem: omniaq; mundana illuminantem: animalia: siue ani/
mantia: siue inanimantia. Si enim animal mundus uiuens semper:
& fuit: & est: & erit: nihil in mundo mortale est: uiuentis etenim uni⁹
cuiusque partis: quæ est in ipso mundo: sicuti in uno eodemque ani/
mali: semper uiuente: nullus est mortalitatis locus. Ergo uitę æterni
tatisque deus ipse esse debet plenissimus: si semper eum uiuere neces/
se est. Sol enim sicut mundus sempiternus: sic & ipse semper guber/
nator uitalium uel totius uiuacitatis eorum frequentator: & dispen/
sator: est. Deus ergo uiuentium: uel uitalium: quæ sunt in mundo:
sempiternus gubernator est: ipse dispensator æternus: semel autez dis
pensauit æterna lege: cunctis uitalibus uitā præstans: hoc more: quo
dicam. In ipsa. n. uiuacitate æternitatis mundus agitatur: & ipsa ui/
tali æternitate locus est mundi: propter qd̄ nō corrumpetur aliquan/
do sempiternitate uiuendi circunuallatus: & quasi constrictus ipse
mundus. Est igitur dispensator uitæ omnibus: quæ in se sunt: & ē
locus omnium quæ sub sole gubernantur: cuius mundi commotio
ex duplici constat effectu. Viuificatur enim ipse extrinsecus ab æter
nitate: uiuificatque ea: quæ intra se sunt: differens numeris: & tempo
ribus statutis: atque infixis: cuncta per solis effectum: stellarumque
discursum: omnia temporalia ratione diuinaq; lege conscripta. terre
nū aūt tēp⁹: aeris qualitate: æstuūq; frigorisq; uarietate dignoscit:
celeste uero recursionibus siderum ad eadem loca temporali conuer/
sione recurrentium: & mundus est receptaculuz temporis cuius cur/
su & agitatione uegetatur: tempus autem ordine seruatur. ordo & tē
pus innouationē omnium rerū: quæ in mundo sunt: per alternationē

Sol secundus deus.

De æternitate mūdi N.

qd̄ nihil moriatur.

Vtilitas motus

Ordine & tempore cūcta innouari.

faciunt. Cunctis ergo ita se habentibus: nihil stabile: nihil fixum: ni
hil immobile: nec nascentium: nec cælestium: nec terrenorum. So
lus enim deus: & merito solus, in se: & a se: & circum se: totus est ple/
nus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est: nec alicuius ipul/
su nec loco moueri potest: cum in eo sint omnia: & in omnibus ipse
est solus: nisi aliquis audeat dicere sui commotionē in æternitate esse
sed magis & ipsa immobilis æternitas: in quam omnium temporum
agitatio sumit exordium. Deus igitur stabilis fuit: semperque est: &
cum eo similiter æternitas constitit. Mundum non natum: quem re/
cte sensibilem dicimus intra se habens. Huius dei imago hic mūd⁹
effectus est æternitatis imitator. Habet autem tempus stabilitatis sue
uim atque naturam: quanuis semper agitetur: ea ipsa in se reuerten/
di necessitate: itaque q̄is sit æternitas, stabilis: immobilis atque fixa
tamen quoniam mobilitate temporis in æternitatem semper reuoca/
tur agitatio: ipsius enim magnitudinis immobilis lex est. Hoc ergo
quod est tale: quod non subiicitur sensibus: infinitum: incomprę hē
sibile: est inestimabile, nec substineri: nec ferri: nec indagari potest.
Vnde enim & quo & ubi aut quomodo: aut quale sit: incertum est:
Fertur enim in summa stabilitate: & in ipso stabilitas sua: seu deus:
seu æternitas, seu uterque, seu alter in altero, seu uterque in utroq;
sint, propter quod æternitas sine definitione est temporalis. Tempus
autem quod definitur: potest uel numero uel alternatione: uel per al
terius ambitudinem rediens æternum esse. Vtrunque ergo infinitum
est, utrūque uidetur æternum, stabilitas enim utpote defixa quo su
stinere quæ agitabilia sunt: possit, beneficio infirmitatis: merito obti
net principatum. Omnium enim quæ sunt primordium deus est. &
æternitas, mundus autem quod sit mobilis non habet principatum,
præuenit enim mobilitas stabilitatem suam in lege agitationis sempi
ternæ habendo immobilem firmitatem. Omnis ergo sensus diuinita/
tis immobilis est, ipse in stabilitate sua se commouet. Sanctus. & īcor
ruptus & sempiternus est, & siquid melius potest nūcupari: dei sum
mi in ipsa uoluntate assistens æternitas: pleniſſimus omnium sensi/
bilium & totus disciplinæ consistens, ut ita dixerim cum deo. Sensus
uero receptaculum est omnium sensibilium & specierum & discipli/
narum. Humanus uero ex memoriæ tenacitate quod memor sit quas
gesserit rerum, usque ad humanum tamen animal sensus diuinitatis
descendendo peruenit. Deus enim sensum summum diuinumque
cunctis confundi noluit: ne erubesceret commixtione alioꝝ aiantiū.

Nihil stabile costare ꝑter deū & æternitate

Intelligentia enim ſenſus humani : qualis aut quanta ſit: tota eſt im/
memor pr̃teritorum: per eam enim memoriæ tenacitatem guberna/
tor effectus eſt terræ. Intellectus autem naturæ qualitate & ſenſus
mundi ex omnibus quæ in mundo ſenſibilia ſunt : poterit peruideri
æternitas quæ eſt ex ſenſibili mundo : ſenſus datus : qualitaſque di/
gnoſcitur : at intellectus qualitatis: qualitaſque ſenſus ſumi dei ſola
ueritas eſt: cuius ueritatis in mundo ne quidẽ extrema linea umbra
dignoſcitur. Vbi ſunt mendacia: ubi genituræ: ubi errores uidentᵉ.
Vides ergo o Aſclepi in quibus conſtituti: quæ tractemus : aut quæ
audeamus attingere. Tibi deus ſumme gratias ago: qui me uiden
de diuinitatis tuæ illumĩaſti lumine: & uos o Cati & Aſclepi & Am/
mon: intra ſecreta pectoris diuina myſteria ſilentio tacete & taciturni
tate ſeruate. Hoc enim differunt intellectus a ſenſu : q̃ intellectus
noſter ad qualitatem ſenſus mundi intelligendam : & dignoſcendam
mentis pr̃uenit intentionem. Intellectus autem mundi peruenit ad
æternitatem: & deos noſcendos: qui ſupra ſe ſunt: & ſic contingit ho/
minibus: ut quaſi per caliginem: quæ in cælo ſunt: uideamus: quan/
tum poſſibile eſt per conditionem ſenſus humani: hæc autẽ intentio
anguſtiſſima eſt peruidendis tantis bonis. Latiſſima uero cum uide/
rit fœlicitate cõſcientiæ. De inani uero: quodq; magnũ uidetur eẽ
q̃plurimis: ſic ſentio: inane nec eſſe aliquid: nec eſſe potuiſſe: nec futu
rum unq̃: omnia enim mundi ſunt membra pleniſſima: ut ipſe mun/
dus plenus ſit: atq; perfectus corporibus qualitate formaq; diuerſis:
ſpeciem ſuam habentibus: & magnitudinem: quorum unum eſt alio
maius: aut alio minus & ualitudine: & tenuitate diuerſa. Naꝫ & quæ
dam eorum ualidiora uidentur: & maiora: minora autẽ & tenuiora:
aut uix aut omnino uideri non poſſunt: quas ſolum eſſe attrectatio/
ne cognoſcimus unde contingit multis credere : hic non eſſe corpo/
ra : ſed inanes locos : quod eſt impoſſibile: ut hic æther ſenſibilis mũ
dus qui dicitur: pleniſſimus ſit corporuꝫ: & animalium: naturæ ſuæ
& qualitati conuenientium: quorum facies non omnes uidemus: ſed
quaſdam ultra modum grandes: quaſdam breuiſſimas : aut propter
ſpatii interiecti longitudinem : aut quod acie ſumus obtuſi : tales
nobis eſſe uideantur: aut omnino propter nimiam breuitatem a mul/
tis non eſſe credantur. Dico nunc demones: quos credo commorari
nobiſcum : & heroas : quos inter aeris puriſſimaꝫ partem ſupra nos
& terram ubi nec nebulis locus: nec ex ſignoruꝫ aliquorum agitatio/
ne cõmotio: propter quod o Aſclepi: inane nihil eſſe dixeris: niſi cui⁹

rei inane fit. hoc quod dicis inane: prædixeris ut inane ab igne. & ab aqua & ab his similibus: q̃nauis breue sit. uel magnum quod inane uidetur. spiritu tamen & aere uacuum esse non possit. Similiter uero de loco dicendum. quod uocabulum intellectu caret: Locus enim ex eo cuius est: quid sit apparet: principali etenim nomine dempto: significatio mutatur. Quare aquæ locus: ignis locus: aut his similiũ recte dicimus. sicut enim inane esse aliquid impossibile est: sic & locꝰ solus quid sit: dignosci non potest. Nam si posueris locuꝫ sine eo cuius est: inanis uidebitur locus: quem in mundo esse non credo: quod si inane nihil est: nec per se: quid sit locus: apparet: nisi ei aut longitudines aut latitudines: addideris: ut corporibus hominum signa. His uero sic se habentibus o Asclepi: & uos qui adestis scitote intelligibilem mundum & deum: qui mentis solo obtuitu dignoscitur esse incorporalem nec eiꝰ naturæ misceri posse aliquid corporale id ẽ quod possit qualitate: quantitate: numeriſque dignosci: in ipso enim nihil tale consistit. hic ergo mundus qui dicitur sensibilis receptaculum omnium sensibilium specierum: qualitatum uel corporuꝫ. quæ omnia sine dubio uegetari non possunt: Omnia enim deus & ab eo omnia. & eius uoluntatis omnia: quod totum est bonum: decens. immutabile & prudens: & ipsi soli sensibile atque intelligibile: & sine hoc nec fuit aliquid: nec est: nec erit. omnia enim ab eo & in ipso: & per ipsum. & multiformes qualitates: & magnæ quantitates & omnem mẽsuram excedentes magnitudines: & omniformes species. quas si intellexeris o Asclepi gratias acturus es deo. si totum animaduertes uera ratione perdisces mundum ipsum sensibilem: & quæ in eo sũt omnia a superiore illo mundo: quasi ex uestimento eius contecta. Vnum quodqꝫ enim genus animalium o Asclepi: cuiuscũqꝫ uel immortalis uel rationalis: siue sit animans siue anima sit: put cuiusqꝫ est genus: sic singula secundum generis imagines habent & q̃uis unumquodqꝫ animalis genus oẽm sui generis possideat formam. in eadem tamẽ sui forma singula dissimilia sunt. Species enim quæ diuina est incorporalis est. & quicquid mente comprahẽditur. Cũ itaque hæc duo ex quibus cõstat forma & corporalia & ĩcorporalia sint: impossibile est unamquamqꝫ formam alteri simillimam nasci horarũ & climatum distantibus pũctis. sed immutatur totiẽs quot hora momẽta habet circuli circũcurrẽtis. in quo est ille omniformis quem diximus deꝰ. Species ergo per inane ex se totiens pariens imagines tantas tamque diuersas q̃ta habet cõuersio mũdi momẽta qui mũdus in cõuersione

mutatur: ſpecies uero: nec mutatur nec conuertitur: ſic generum ſingulorum formæ ſunt permanentes in eadem forma ſua diſſimiles.

ASCLEPIVS. Et mundus ſpeciem mutat o Trimegiſte?

De Natura Mundi & Quid ſit Mundus: & ex quibus conſtat.

TRIMEGISTVS. Vides ergo o Aſclepi tibi omnia: quaſi dormienti: eſſe narrata. Quid eſt enim mundus: aut ex quibus cõ ſtat: niſi ex omnibus natis? Ergo uis dicere de cælo: terra: & elementis. Namq; alia magis frequenter mutantur ī ſpecies: cælum humeſcens: uel areſcens: uel frigeſcens: uel clareſcens: uel ſordeſcens: ī una cæli ſpecie: hæ ſuntquæ ſpe alternantur ſpecies: terra uero ſuæ ſpeciei multas immutationes ſemper habet: & cum parturit fruges: & cum eadem partu nutriat ſuo: tum reddit omnium fructuū uarias diuerſaſq; qualitates: & quantitates: ac ſtationes: & curſus: ad omnes arborum florū: baccarum qualitates: odores: ſapores: ſpecies. Ignis etiam facit conuerſiones plurimas atq; diuerſas. Solis. n. & lunæ omniformes imagines. Sunt autē quaſi ſpeculoꝝ noſtroꝝ ſimiles imaginum ſimilitudines emulo ſplendore reddentium. Sed iam de talibus ſint ſatis dicta talia. Iterum ad hominē: rationemq; reꝺamus: ex quo diuino dono homo animal dictum eſt rationale: minus aūt miranda de homine dicta: ſed omnium mirabiliū uincit admirationē: qꝺ homo potuit inuenire naturam: eamq; efficere: quoniam ergo proaui noſtri multum errabant contra rationem deorum increduli: & non animaduertentes ad cultum: religionemq; diuinam: inuenerunt artē qua deos efficerent: cui inuentę adiunxerunt uirtutem de mundi natura conuenientem: eamque miſcentes: & quoniam animas facere nõ poterant: euocantes animas demonum: uel angelorum: eas indiderunt imaginibus ſuis: diuiniſque myſteriis: per quas ſola idola & benefaciendi & malefaciendi uires habere potuiſſent. Auſus enim tuus o Aſclepi medicinæ primus inuentor: cui templum conſecratū eſt in monte Libyæ: circa littus crocodillorum in quo eius iacet mundanus homo: id eſt corpus. Reliquus enim uel potius totus ſicut homo totus in ſenſu uitæ melior remeauit in cælum: omnia etiaꝫ nunc adiumenta hominibus præſtans. Hermes: cuius nomini aui mihi nomen eſt: ſi cognomen patriæ conſiſtens: omnes mortales undique uenientes adiuuat: atque conſeruat. Vnde contingit ab ægyptiis hæc ſancta animalia nuncupari: & per ſingulas ciuitates coli eorum animas: quorum ſunt conſecratæ uiuentes ita: ut eorum legibus incolantur: & eorum nominibus nuncupentur: per hanc cauſam o Aſclepi q; aliis quæ collenda uidentur: atq; ueneranda: apud alios

habentur: ac propterea bellis se lacessere ægyptiorũ ciuitatis solẽt.

ASCLEPIVS. Et horum Trimegiste deorum qui terreni habentur: cuiusmodi est qualitas. TRIMEGISTVS. Constat o Asclepi de lapidibus: & de aromatibus: uim diuinitatis naturalem habentibus in se. & propter hanc causam sacrificiis frequentibus oblectantur hymnis: & laudibus: & dulcissimis sonis: in modum cælestis harmoniæ concinnentibus: ut istud quod est cælesti usu & frequentatione illectum in idola possit letum humanitas patiens longa durare per tempora: sic deorum actor est homo: & ne putasses fortuitos effectus esse terrenorum deorum o Asclepi: dii cælestes ĩhabitant summa cælestia unusquisque per ordinem quem accepit complens: atque custodiens. Hi uero nostri sigillatim quædaꝫ curantes quædam curantes: quædam sortibus & diuinatione præcedentes: hisꝑ modo subuenientes humanis: quasi amica cognatione conciliantur.

ASCLEPIVS. Quam ergo partem rationis ειμαρμερν uel fata incolunt. o Trimegiste si cælestes dii dominantur terreni incolunt singula: quam ειμαρμερν nuncupamus. TRIMEGISTVS

O Asclepi ea est necessitas omnium: quæ geruntur: semper sibi catenatis nexibus iuncta. Hæc itaque est aut effectrix rerum: aut summus deus: aut ab ipso deo: qui secundus effectus est deus: aut omnium cælestiuꝫ terrenarumque rerum firmata diuinis legibus disciplina. Hæc itaque ειμαρμερν & necessitas ambæ sibi inuicem indiuiduo connexæ sunt glutino: quarum prior ειμαρμερν rerum omnium parit initia. Necessitas uero cogit ad effectum: quæ ex illius primordiis dependent. Has ordo consequitur: ideſt contextus: & distinctio temporis: rerum perficiendarum. Nihil est enim sine ordinis compositione. In omnibus istis mundus iste perfectus est. ipse eniꝫ mũdus origine gestatur: uel totus constat ex ordine. Hæc ergo tria: ειμαρμερν ideſt fatum: necessitas: ordo: uel maxime dei nutu sunt effecta: qui mundum gubernat sua lege: & ratione diuina. Ab his ergo omne uelle: & nolle diuinitus auersum est totum: nec ira etenim commouentur: nec flectuntur gratia. sed seruiunt necessitati rationis æternæ: quæ æternitas: inauersibilis: immobilis: ĩsolubilis est. Prima ergo ειμαρμερν est: quæ uelut iacto semine futurorum omnium suscipit prolem. Sequitur necessitas qua ad effectum coguntur omnia. Tertiꝰ ordo: textũ ꝓuans eaꝝ reꝝ: quas ειμαρμερν necessitasque disponit. Hæc ergo æternitas: quæ nec cæpit esse: nec desinet: quæ fixa ĩmutabili lege currendi sempiterna commotione seruatur: orituꝛque

De Fato.

& occidit alterna ſepæ per membra: ita ut uarietatis temporib⁹: iiſdez quibus occiderat membris: oriatur: ſic eniz & rotunditatis uolubilis ratio: ut ita ſint ſibi coartata cuncta: ut quid ſit uolubilitatis initium ignores: cum omnia ſe ſemper & præcedere: & ſequi uideantur. Euẽtus autem uel ſors inſunt omnibus permixta mundanis. Dictum eſt nobis de ſingulis: ut humanitas potuit: ut uoluit: permiſitqz diuinitas. Reſtat hoc ſolum nobis: ut benedicentes deum: oranteſque: ad curam corporis redeamus. Satis enim de diuinis rebus tractantes mẽtem uelut animi pabulis ſaturauimus. De adyto uero egreſſi: cum deum orare cæpiſſent: in auſtrum reſpicientes erant: ſole etenim occidente: cum quis deum orare uoluerit: illuc debet reſpicere: ſicut & ſole oriente in eum qui ſubſolanus dicitur. Iam ergo dicentibus præcationem Aſclepius: ait: ſubmiſſa uoce oranti ſuggeramus patri: qđ iuſſerit: ut thure addito: & pigmentis precem dicamus deo: quẽ Trimegiſtus audiens: atque commotus ait: melius omnia re o Aſclepi. N Hoc enim ſacrilegiis ſimile eſt: cum deuz roges thus atque cætera incendere. Nihil enim deeſt ei: qui ipſe eſt omnia. Sed nos agentes gratias adoremus. Hæ enim ſunt inceſſiones dei cum aguntur grates a mortalibus. Gratias tibi agimus ſumme & exuperantiſſime: tua enim gratia tantum ſumus cognitionis tuæ lumen conſecuti: nomen ſanctum: & honorandum nomen unum: quo ſolus deus eſt benedicendus religione paterna: quoniam omnibus paternam pietatem: & religionem: & amorez: & quæcunque eſt dulcior efficacia præbere dignaris: & donas nos ſenſu: ratione: intelligentia: ſenſu: ut te cognoſcamus: ratione: ut te ſuſpicionibus indagemus: intelligentia: ut te cognitione cognoſcentes gaudeamus: ac numine ſaluati tuo: gaudeamus quod nobis te oſtenderis totum: gaudeamus quod nos in corporibus ſitos: & æternitate fueris conſecrare dignatus. Hæc eſt enim ſola humana gratulatio: cognitio maieſtatis tuæ: cognouimus te: & lumen maximum ſolo intellectu ſenſibili intelleximus te: o uite uera uia: o natorum omnium fœcunda generatio: cognouimus te totius naturæ tuæ pleniſſime: cognouimus te æterna perſeueratio. in omni enim iſta oratiõe adorantes bonũ bonitatis tuæ: hoc tantũ deprecamur: ut nos uelis ſeruare perſeuerantes in amore cognitionis tuæ & nunq̃ ab hoc genere uitæ ſeparari. Hoc optantes conuertimus nos ad puram: & ſine animalibus cænam.

Gratiarz actio ſũmo Deo

Vm te intelligam ſapientiſſime atq; optime patr: tũ Ariſto
c telis acutiſſimi doctrinaz: cæteroz; q; priſcoz philoſophoz magnifacere: tũ uero diui Platõis ſapientiam purgatiſſimã ĩprimis admirari ſæpe diuq; mecũ cogitaui: ſuorũq; documentorũ aliquid in latinũ uertere. & quod tibi gratum fore exiſtimarem: tuo potiſſimum nomini dedicare. Itaq; cum libellos meos nuper euolue rem: Alcinoi opuſculum quoddam repperi: in quo ſub compendia/ria miraq; breuitate: opinio atque ſingula documenta Platonis attin gunt. Feci igitur ut potui hoc latinũ. Tua quidem fretus humanita te: beniuolẽtiaq;: quam ſemp erga me oſtendiſti: Quod ſiquid in eo aut mendoſum: aut non bene poſitum reperies: tuo: recto: certoque iudicio corrigeres. Neq; ſane curaui in cũctis ſinguliſq; uerbis ut fa cillime uidebis: antiquos imitari: ſed illis potius uſus ſuz uocabulis in pleriſq; locis: quæ his noſtris tẽporibus in ſcholis philoſophoruz frequentantur. Putaui enĩ ad hunc modũ orationem fore clariorem præſertim cum ꝑoptime ſciam: tuæ tantæ ſapiẽtiæ res magis curæ eẽ q̃ uerba. Legas igit uelim hunc libellũ ſapientiſſime patr:. Quod ſi tibi tanto uiro: tanta doctrina: totque uirtutibus donato cẽlitus atq; illuſtrato: meus hic tranſferendi labor dignus uidebitur: ad eiuſmo/di cætera me deinceps q̃maxime allicies atque incitabis. Vale.

ALCINOI DISCIPLINARVM PLATONIS EPITOMA IDEST BREVIARIVM INCIPIT.

Epiſcopi Tropieñ. ad Nicolaum Cunenſem Cardinalẽ cõuerſio.

philoſophia.

Sapientia.

quales debeat eẽ phus.

Ve ſint propriiſſima Platonis documenta: quæ ue doctrina ꝑbreuiter hinc ordinare. Philoſo/phia eſt affectio ſapientiæ quæ ſoluit ac reducit
q ad intelligibilia: Conuertitq; nos ad ea quæ ſũt ſecundũ ueritatem. Sapientia autem ẽ ſciẽtia humanaq; diuinarũq; rerũ cognitio. Philo/ſophus eſt qui a philoſophia ita denominatur: ũt a muſica muſicus. Hũc enim oportet imprimis affectũ eſſe erga eas præſertim diſciplinas: quæ conuertere atque trahere eum poſſũt ad cognitionem intelligibilis ſubſtantiæ: quæ neque fluxa neq; cadu ca eſt. deinde q̃ardentiſſime ſe habere erga ueritatem. neque ullo pa/cto mẽdacio adherere. Præterea & natura quidem admodũ honeſtũ eſſe. Ac ſecundũ partem animæ: quæ paſſiua eſt naturaliter remiſſũ:

quippe qui erga eorum: quæ sũt: disciplinam affect⁹ ẽ: atq3 ad eam suum uertit animum: Illecebras omnino spernit uoluptatum. Opus est etiam eu3 & sententia esse liberum: qui philosophus est futurus. Nam pusillaminitas illi aĩæ q̃maxime aduersat: quæ diuina humana q3 debeat cõtemplari. Itẽ erga iusticiam affici. Erga ueritatẽ: liberalitatem: & temperantiam. Facilitatem deniq3 discipline sibi uendicare: atq3 memoriam. Siquidem res huiuscemodi philosophia3 perficiũt. Cæterum ingenia quæ digne sint educata: Vendicaruntq3 sibi recta3 disciplinam: perfectam assequuntur uirtutem. Quæ uero negligẽter se habent erga hæc: quæ dicta sunt: & male ꝑeunt: & pessimi uadunt.

Duplex Vita

Hæc autem inter uirtutes Plato nominare consueuit: tempantia3: scilicet fortitudinem: & iustitiam. Duplicem esse uita3: cõtemplatiuam: & practicam. Principatũ tenere cõtemplatiuam: quæ cognitiõi ueritatis uacet. Practicam uero rebus agendis operam dare: quæ a ratione præcipiuntur. Itaq3 uenerandam ĩprimis esse uitam cõtemplatiuam: deinde practicam necessariam: qđ aũt ita se habeat: deinceps manifestũ erit.

Contemplatio

Est igitur cõtemplatio actus mentis: intelligibilia ĩtelligentis.

Operatio

Operatio aũt animæ rationalis: actus: per corpus confect⁹:

prudentia

Anima igitur contemplans res diuinas: atq3 rei diuinę intellectiões: tum bene pati dicitur: quæ quidẽ passio prudentia nuncupantur: qđ nil aliud esse uidetur: q̃ rei diuinæ assimilari: qua3 ob rẽ res eximia ẽ: ac ueneranda: cũ acquisibilis sit: nobisq3 propriissima: nec ullo modo prohibita: sed penes nos iacet: atq3 causa nobis est propositi finis. At operatio: & quæ aguntur per corpus: prohiberi possunt: atq3 ĩ rebus agendis eorum eget præsidio: quæ speculantur in uita cõtemplatiua: & meditantur mores hominu3. Vir nanq3 studiosus: ad res publicas accedet: cum eas uiderit a quibusdam male gubernari: putans res claras fore: aut militare: aut iudicare: aut legatũ ire: & quæ in rebus agẽdis splendidę sũt: atq3 excellentes: ut leges ĩstituere: rempublicam reformare. Iuuenes instruere: quibus in reb⁹ ne unq̃ qdẽ philosophus: a contemplatione desistit: sed semper eam maiorem in modũ nutrit: atq3 pro uiribus auget: ac tanquam ex consequenti: ad res gerendas

Studium phi in tribus rebus

accedit. Studium quippe philosophi: ut Platoni placet: tribus in reb⁹ esse uidetur. In eo3 scilicet quæ sunt speculatione: atq3 noticia. Item in rebus gerẽdis: quæ bone sunt. Ite3 in ipsa ratiõis speculatiõe. Quæ in noticia rerum uersatur: speculatiua ẽ. Quæ in reb⁹ gerẽdis: practica nominatur. Tercia uero: quæ uersat erga rõnem: dialectica uocatur. Hæc autẽ diuiditur: ĩ diuisiuam: diffinitiuam: ĩductiuam:

speculatiua
practica
Dialectica & eius diuisio

& ſyllogiſticam: quæ quidē item in demōſtratiuam qūæ circa neceſ/ ſariū uerſatur ſyllogiſmū. & in ꝓbabilem: quæ in opinione fūdat: & in rhetoricum enthimema. ſ. qui imperfectus uocatur ſyllogiſmus. Rhetoricū Enthimema
Itemq3 in ſophiſmate: quæ pars quidem licet apud philoſophu3 nō ſit principalis: neceſſaria tamen habetur: quod practicę quidē partis aut de moribus: aut de re familiari: aut de ciuili: de ciuitatiſq3 ſalute ſpeculatur. Horum quod primum eſt morale uocatur. Alteru3 do/ meſticum: poſtremum ciuile. Speculatiuæ uero partis: quod circa ī mobiles primaſque cauſas: atque res diuinas: theologicū nūcupat. quod circa ſtellarum fluxum ac circuitum ſtatumque habetur: at/ q3 huius mūdi conſtitutionē uocatur naturale: quod ī geometria re liquiſq3 diſciplinis uerſatur: mathematicum nomīatur. itaq3 hac di/ uiſione: & philoſophiæ ſpecierum particione præmiſſa. De ſpeculati one dialectica primo dicendum eſt: ut Platoni placet: & in primis de re iudiciali cum aliud ſit: quod iudicat: & aliud quod iudicatur. de/ niq3 quod ab his perficitur: iudicium nominamus. proprie tamen q/ dam iudicium ubi res iudicatur: nominaret. ſed communi⁹ quod iu dicat. hoc autem eſt duplex: unum a quo iudicatur: quod iudicatu3 eſt. alterū per quod quo⁹ id quidem mens eſt. Alterum uero per quod organū naturale poteſt iudicare. principaliter quidē res ueras ſed conſequenter falſas: quod ꝓfecto nil aliud eſt q̄ naturalis ratio. Ve⁹ ut enucleatius id exprimamus: iudex quippe philoſophus di/ ceretur a quo res ipſę decernūt. Iudex item eſt & ipſa ratio per quam ueritas iudicatur: quod inſtrumentū diximus eſſe. Ratio autem du/ plex ē. una quidem incōprehenſibilis atq3 īmutabilis: altera ſecundū rerum noticiam infallibilis. qua⁹ prima deo quidem poſſibilis. ſ3 ho minibus minime. Altera uero quam & homines aſſequi poſſunt: eti/ am duplex eſt. una circa intelligibilia: altera circa ſenſibilia: quarum e prima: ſcientia & ſcientifica ratio habetur. ex ſecunda uero quæ cir ca ſenſibilia uerſatur: & opinio eſt & opinatiua: Itaque ea qdem pars quæ ſcientifica eſt ſtabilitatis qddam: firmitatiſq3 habet cū de ſolidiſ atq3 firmis principiis fiat. At ſuaſiua opīabiliſq3 circa ueriſimile uer ſatur: cū in ſe nihil ꝑmanentiū habeat: principia igitur ſcīæ & opīo/ nis: quæ circa ītelligibilia ſenſibiliaq3 uerſantur: ſūt & intellectio⁹ & ſenſus. Senſus ergo ē paſſio aīæ ꝑ corpus: enūciatiua uirtutis princi paliter paſſiue. quando aūt in aīa per organa ſenſuū ſecundū ſenſu3 īpreſſio fit. quod qdem ſenſus eſt. deinde ꝑ multū tēpus cū ipſa īde/ lebilis fiat ac ꝑmanens & firma: firmitas ipſa memoria nuncupatur.

Practicę partis
Speculatiuę partis
Theologicum
Naturale
Mathematicum
Iudicium
Ratio duplex
Principia ſcīę & opinionis
ſenſus
Memoria

Opinio

Opinio autem est complexio memoriæ & sensus. Nam cum in aliqd primum sensibile incidimus: a quo sensus in nobis fiat: deinde si ī idē sensibile incidamus: præsuppositam memoriam componimus huic sensui: secundo accepto: & in ipsis dicimus: hic Socrates est: equus: ignis: & cætera eiusmodi: & hæc uocatur opinio: cum componamus præsuppositam memoriam ei sensui: qui nuper fiat: quæ quidem cū inuicem consentiunt: fit opinio uera: cum uero dissentiūt: falsa. Si qs enim Socratis memoriam haberet obuiamq; fieret Platoni: quem Socratem ob similitudinem putaret: hic quidem sensus a Platone acceptus: tanq̄ a Socrate: si cum memoria Socratis iungant: falsa fit opinio. Illud autem in quo memoria & sensus fit Plato cereæ similat impressioni: quæ autem ex sensu & memoria opinata sunt: anima mente reformans: in ipsa respicit: tanq̄ in ea: a quibus facta sunt: rē huiusce modi: imaginem uocat Plato: quandoq; etiam phantasiam. Mentē autem esse inquit animum apud se ratiocinantem: orationem autem: fluentem ab eo per os: causatum sonitum. Intellectio autem est actus intellectus ad primas intelligentias contemplandas: quæ duplex esse uidetur. Vna anteq̄ animus hoc in corpore fieret: cum ipse intelligētias contemplabatur. Altera postq̄ huic corpori aduenirent: quarum illa quidē: quæ anteq̄ anima in corpore fieret: intellectio uocabatur: quæ uero in corpore fit: & tum intellectio uocabatur: nunc naturalis intelligentia dicta est: quæ intellectio quædam est: in anima adiacens quando igitur dicimus intellectionem: principium esse scientificę rationis: non eam: quæ nunc dicta est dicimus: sed quæ tunc: quando sine corpore anima erat: quæ ut diximus: tunc quidem intellectio uocabatur: nunc uero naturalis intelligentia. Vocatur autem ab ipso naturalis intelligentia scientia simplex & euolatus animæ: interdum etiam & memoria. Itaque ex his simplicibus scientiis scientifica naturalisq; ratio constituitur: quæ natura constat: iccirco cuius sit scientifica ratio: & opinatiua: sitque intellectio: & sensatio: sint etiā quæ iis subiiciantur: necesse est utputa quæ intelligenda sunt: atque sentienda: atque intelligendorum: quædam prima consistunt: ut ea: quæ appellantur Ideæ: quædam uero secunda in materia sunt species a materia separata. Erit igitur duplex intellectio: quædam primorū: altera secundorum. Itemq; sensibilium: quædam prima sunt: ut qualitates: color: & albedo: quædam secundum accidens: utputa album coloratum. Præterea quod compactum est: ut ignis & mel: sic deniq; ille sensus primorū est: qui primus dictus est. Alter uero secundorū

secundus. quæ igitur primæ habentur intelligentiæ intellect⁹ discernūt. Neq3 id fit sine scientifica ratione: sed compræhensiōe quada3 & sine discursu. Secunda uero scientifica ratio non est sine intellectiōe. prima uero sensibilia & secunda sensus diiudicat. non tamen sine ratione opinatiuam congeriem uero ratio opinatiua: neque tamē sine sēsu. Intelligibilis denique mundus primum intelligibile est. sensibilis uero quid aggregatum: quem quidem intelligibilem mundum intellectio iudicat: ratione scilicet quod est non sine ratione. Sensibilem uero ratio opinatiua. & id quidem non sine sensu. Cum autem & speculatio sit & operatio: non eodē modo recta ratio diiudicat: quę subiiciuntur speculationi: operationique. sed quod uerum est: perspicit in speculando. & quod econtrario se habet. In agendo uero quid familiare: quidque alienum perficiendum sit. Nam cum cognitionem habeamus naturalem boni honestique utamurque ratione: atq3 ad naturales cognitiones id referamus: tanquam ad mēsuram quanda3 determinatam: diiudicamus. siue sic hæc huiusmodi se habent: siue altero modo. Ars elementumque dialectice q̄maxime excellit: primū in consideranda substantia uniuscuiusque rei: deinde & accidentib⁹. Considerat autem quid unumquodque sit: aut a superiori diuidendo ac definiendo: aut ab inferiori resoluendo. Accidentia uero & quæ in substantiis sunt: aut ex rebus contentis per inductionem: aut ex cōtinentibus per syllogismum quasi catalogos esset. Dialecticæ partes una quidem diuisiua est: altera definitiua. altera resolutiua. Itemq3 īductiua & syllogistica. Diuisio quidem est particio generis quæ fit in species: & totius in partes. ut quando animam diuidimus: in partē rationalem: & passiuam. Itemque passiuam in irascibilem & concupiscibilem: atque diuisio uocis in significata. & quando unum idemq3 nomen ad plures contrahitur res. Diuisio uero accidentium in subiecta: ut quando dicimus bonorum: aut corporis: aut animæ: aut externorum sunt: quæ autem subiectorum sunt: in accidentia diuidūtur: ut quando dicimus: quidam boni: quidam mali: quidam medii sunt. Itaque in primis necesse ē diuisione generis in species uti: ut unūqd⁹q3 quid sit secundum substantiam cognoscatur: quod quidem sine definitione minime fieri potest. ¶ Oritur autem definitio ex diuisione ad hunc modum illius rei: quæ definitioni est subiicienda. primum eius genus capiendum est: ut hominis animal: deinde diuidendum secundum adhærentes differentias: quæ ad species usque descēdant ut rationale & irrationale. ac mortale & immortale. quapropter

Dialecticę partes.

Diuisio.

Definitio.

si adherentes differentiæ generi componantur: hominis definitio constituitur. Resolutionis autem species sunt tres: siquidem a sensibilib⁹ ad pria ītelligibilia ē ascensus: & p ꝓbabilia & sub ꝓbabilia: ad īdemonstrabiles & imediatas propositiōes: & est ascensus: a suppositione ad principia: quæ non subiiciuntur. Primus quidem talis est: ut si a bono: quod est circa corpus: transcendimus ad illud bonum: quod in animo consistit: ab hoc uero: ad id: quod est studiorum: deīde ab hoc ad illud qd' est in legibus: postremo ad illud plurimum pelagus boni: denique ita nos permittemus: quousque id: quod extremum est bonum inueniamus. Secunda uero species resolutionis ad hunc modum fit. Id quod quæritur: oportet supponi: ac speculari: quæ sint eius priora: & demonstrare: quæ sunt ascendentia priora a posterioribus: quousque deuentum sit ad id: quod primum & firmum est: a quo incipientes: modo compositiuo descendemus. ut siqs quærat: an immortalis animus sit: supponens idipsum: querat an semper mobilis? quo demonstrato: quærat iterum: an id quod est semper mobile sit per se mobile? quo etiam demonstrato: perspiciat: an per se mobile: id principium sit motus? deinde si principium: an ingenitum: quod tanq confitendum esse ponunt: ingenitum atque īcorruptibile cum sit: ab eo igitur: quod manifestum est incipiens: cōpono hanc demonstrationem: principium ingenitum & incorruptibile est: principium motus: est per se mobile: quod per se mouetur: est anima incorruptibilis igitur & ingenita: atque immortalis est anima. Resolutio autem: per suppositionem talis est: quærat aliquis quicq̄ idipsum supponit: deinde ad suppositionem perspicit: quid sequatur: postea ad rationem reddendam. Si suppositione indiget: aliam supponat suppositionem: & quærat: an quod prius fuit suppositum: rursus ad aliam sequitur suppositionem: atque id: quousq3 ad quoddam principium in suppositum: deueniat: faciat. Inductio autem est omnis methodus: quæ fit per orationem: uel a simili in simile transiens: uel a singularibus ad uniuersalia. Vtilissima autem inductio est ad naturales sensus commouendos. Orationis uero: quam propositionem uocamus: duæ sunt species. Vna affirmationis: Affirmatio quidem talis est. Socrates ambulat. Negatio uero: Socrates non ambulat. Negationis: aut affirmationis: quædam uniuersalis est: quædam particularis. Affirmatio particularis talis est. quædam uoluptas est bonum. Negatio uero. quædam uoluptas non est bonum. Vniuersalium autem affirmatiua quidē. omne turpe malū

eſt. Negatiua uero: nullum turpe bonum. Propoſitionum quædam cathegorice: quædam hypothetice. Cathegorice ſimplices ſunt: ut omne iuſtum bonum eſt. Hypothetice autem ſunt: quæ ſequentiaꝫ autem pugnantiam ſignificant. Plato autem ſyllogiſmorum tractatu utitur: & arguendo: & demonſtrando. redarguendo quidem falſa per inquiſitionem. Vera quoqꝫ demonſtrando: per doctrinam quandam. Syllogiſmus autem eſt oratio in qua quibuſdam poſitis: alterum quiddam iacentium per ea quæ poſita ſunt ex neceſſitate prouenit. Syllogiſmorum quidam cathegorici: quidam hypothetici: quidam ex his mixti ſunt. Cathegorici quorum premiſſe & concluſiões ſimplices ſunt propoſitiones. Hypothetici qui ex hipotheticis propoſitionibus. Mixti uero qui hæc duo comprehendunt. Vtitur autem hic uir demonſtratiuis: ī narratiuis dialogis: opinatiuis uero & ad ſophiſtas. & adoleſcentes. obiurgatiuis autem ad eos qui proprie obiurgatores dicti ſunt: ut ad Eutidemum fere. & Hippiam: Cathegoricarum tres figuras poſuit. Primam in qua communis terminuſ & ſubiicitur & prædicatur. Alteram in qua communis terminus prædicatur de duobus. Tertiam in qua communis terminus ſubiicitur ī utraque. Terminos autem dico partes propoſitionum: ut in hac homo eſt animal. homo & animal terminos nuncupamus. ac per primam figuram: Plato ſæpenumero interrogat: ſuaſque ducit per ſecundam & tertiam rationes. per primam ſic: ī Alcibiade: quæ iuſta honeſta. quæ honeſta: bona. iuſta igitur bona. Per ſecundam uero ut apud Permenidem: ſic. quod non habet partes: neque rectum eſt: neque obliquum. quod particeps eſt figuræ: aut rectum eſt: aut obliquum. quod igitur non habet partes: omnino expers eſt figuræ.

Per tertiam ſic in eodem libro. Id quod particeps eſt figuræ: quale eſt. quod particeps eſt figuræ terminatur. quod igitur quale: terminatur. Per hipotheticos autem ſyllogiſmos: in pluribus eius libris reperiemus interrogationes ab eo factas. præſertim in Parmenide huiuſmodi inuenimus ſermones. Si unum non habet partes: neqꝫ initium: neque medium: neque finem habet. Si neque initium neque medium: neque finem habet: neque terminum habet. ſi nō habet terminum: neque particeps figuræ eſt. ſi igitur unum non habet partes neque figuram habet. Per alteram uero hypotheticam figuram: quam plurimi tertiam uocant: ubi communis termin⁹ ambas ſequitur extremitates: ſic interrogat. Si unum nō habet partes. neqꝫ rectū

Cathegorice ppones
Hypothetice
syllogiſmus
Cathegoricarū tres figure
Diffe Termini

eſt neque tortuoſum : ſi particeps eſt figuræ : aut rectum eſt aut obliquum: ergo ſi partem non habet: neque figuram habet. per tertiam etiam figuram: ſecundum quoſdam uero ſecundam: in qua communis terminus ſubiicitur in utraque: in Phedone ſic. Cum potentia accipiamus ſcientiam paritatis: & non obliuiſcimur: ſcimus: ſi uero obliti ſumus : reminiſcitur . Mixtarum autem recordamur probationum quidem ex conſequentia ſic. Si unum totum eſt: & hoc quidem terminatum : principium : medium : & finem habens : id & figuræ non eſt expers: quod autem præcedit: igitur deſinens eſt. Argumentorum uero quæ ſunt ex conſequentia : ad hunc modum differentias contemplamur. Itaque ſiquis diligenter diſcernat : animæ potentias hominumque differentias: & orationum genera: quæ & illi animæ aptandæ ſunt : ac perſenſit ante : a quibus orationibus quiſq̃ : & a quolibet poteſt perſuaderi: ipſe ſi ad uſum accipiat aptam opportunitatem : perfectus rhetor habendus eſt : atque ſua Rhetorica ſciẽtia benedicendi poteſt nuncupari. Diſciplinam quoque ſophiſmatum : apud Platonem quidem in Euthydemo reperiemus ſcriptam: ſi diligenter in eo libro : quod ibi mandatum litteris eſt : perueſtigemus : quædam quidem ſophiſmata habentur in uoce : quædam uero habentur in rebus : & horum deinde ſolutiones . Nempe decem quoque prædicamenta in Permenide ſubiecit : & in cæteris : præſertim in Cratylo totus etimologiæ locus expoſitus eſt : miræ ſubtilitatis : atque aptiſſimi ingenii fuit uir ipſe : ad negotium defi niendi: diuidẽdique : quæ res præſertim omnes dialecticas dilucidat uires : quæ uero in Cratylo habentur : hæc in ſumma ſunt : quæritur nanque illic utrum natura nomina ſint : an poſitione. placet autem ſibi rectam nominum rationem eſſe poſitione: non ſimpliciter tamẽ: nec caſu quodam : ſed ut poſitio ipſa rerum naturam omnino conſequatur . Nam neq; aliud recta ratio nominis eſt q̃ poſitio naturæ rerum cõſona. Nulla enim quamuis poſitio nominis : ad rectum aliquid exprimendum apta : ſufficienſque eſt : neque natura ipſa : primaque uocis expreſſio : ſed quod ex utroque conſtituitur : ut ſit cuiuſque nominis ſecundum quod poſitum eſt: aliquid propriũ naturæ rei. Haud enim ſiquando nomina caſu ponerentur: quicq̃ recti ſignificarent: uelut ſi hoc nomen equus: homini poneremus : & enim ipſum dicere in rebus agendis : quæda; denique actio eſt: ut nequaq̃ is rectæ dicat : ſi quicquid ad buccam uenerit: dicat: ſed ſiquis ita loquatur:

Diſciplina ſophiſmatum

An nota natura ſint an poſitione

ut ipſæ res ex ſe ſunt aptæ natæ. Cum autem pars dicendi ſit nomina facere: ut & pars orationis nomen eſt recte & non recte nomina facere nequaquam caſu quodam fiunt. ſed potius ſecundum naturalē noīs proprietatem ad rem ipſam. At ille profecto foret optimus nominū inuentor: qui per nomen: naturam rei ſignificandam daret. Si quidem nil aliud nomen eſt q̄ quoddam rei inſtrumentum: non ut caſu contingit. ſed quadam inuicem natura: cum per ipſum res doceamuſ inuicem: percipiamuſque eas. Nomen nanq; eſt quaſi magiſter quidam: atque inſtrumentum: per quod omnes rerum ſubſtantias diſtinguimus: ut textura ſubteminis: & cætera huiuſmodi. apud dialecticos. id quidem principium eſt ut recte nominibus utantur ut. n. apud textorem ſubtemen utendum eſt: cur uir ipſe ſciat: quid ad opus perficiendum ſibi aptum: commodumque ſit: & ſic dialecticus nomine ab impoſitore poſito utitur ſecundum aptitudinem & modum quendam. & enim ut a fabro lignario faciendus eſt clauus: ſed a gubernatore bene utendus: ita & impoſitor nominis caute: atque diligenter ſua utatur poſitione. Haud aliter q̄ ſi Dialecticus: qui naturam ſubiectarum rerum non ignorat: præſens eſſet. & de dialecticis quidem hactenus. Deinceps uero de ſpeculatiuis dicendum eſt diſciplinis: quas in tres partes Plato diuiſit. Theologicam ſcilicet Phyſicam: ac Mathematicam. Theologicæ finis eſt primarū causarum: principaliū: altiſſimarumque cognitio. Naturalis autem eſt diſcere: quid ſit natura uniuerſi: quale: uel quod animal ſit homo: & quem locum in mundo teneat: & an deo rerum uniuerſarum curæ ſit: cæteriſque diis: qui ſub eo ſuo ordine habentur: quis etiam reſpectus hominum ſit ad deos. Mathematicus uero planiciem triplicemque naturalem diſtantiam contemplatur: & de motu circulaticemque: quo pacto ſe habeant. Ponatur quoque & mathematica ſpeculatio in capitulis. Plato hanc exercuit ad ingenium acuendum: excitat enim animum ac diligentem perſpicacemque reddit. Numerus autem qui pars eſt mathematicæ diſciplinæ. haud parum habet proprietatis ad animum ducens ad cognitionē primi entis & ſubſtantiæ: atque ad omnem errorem fugandum. & inſcitiam horum ſenſibilium. Ad exercenda quoq; bella ob mirum ordinem ſuum aptiſſimus eſt. Sed quid de geometria dicendum q̄tū ad cognitionem boni conferat? quis enim in negociis exercendis non utitur Geometria? quæ cum circa rem generatam aut corruptam non uerſetur: ſem-

Nomen

ſpeculatiuę diſciplinę m tres partes diuiſę

Theologię Finis

Naturalis Finis

Mathematicę Finis

Numerus

De Geometria

per ad id aſcendit: quod uere eſt. Eſt enim utiliſſima geometria ipſa: cum poſt ſecundum augumentum: conſequens per ſeſe: ſpeculatio tertium habet augumentum: utilis autem eſt: tanq̄ diſciplinarum quarta: & ipſa aſtrologia: cuius contemplatione aſtroruȝ rationem: & totius cæli perſpicimus ac nouimus noctis: & diei: menſium: & annorum fabricatorem: quibus denique diſciplinis imbuti: quaſi ſcalis quibuſdam: quæ ad rectam ac propriam uiam tendant: omnium rerum creatorem perquirimus. Muſicæ quoque operam dabimus: ut ad illa eadem auditum alliciamus: trahamuſque. Nam ut oculorum acies ad aſtronomiam: ſic auditus ad numerum ſe habet ſonorum. Atque aſtronomiæ uacantes: a uiſibilibus ad inuiſibilem illaȝ intelligibilemqȝ ſubſtantiam contemplandam ducimur. Ita & uocē auribus ſonoram percipientes a rebus quæ auditu percipiuntur: ad ea: quæ mente contemplanda ſunt: eodem modo tranſimus. At ſi aliter ac dictum eſt: hiſce utimur diſciplinis: inutilis ac ſuperuacanea: nulliuſque rationis digna: noſtra ſpeculatio erit. Siquidem in primis opus eſt: ab hiſce uiſibilibus: audibilibuſqȝ rebus: ad ea tranſire: quæ ſola animi cognitione decernuntur. Nam & ad diſciplinarum perceptionem: haud ſecus animaduertere debemus: q̄ ad eorum quæ ſunt: ſpeculationem: qui enim cupiunt id aſſequi: quod eſt: & geometriam Arithmeticamqȝ dumtaxat ſequuntur: circa illud qđ eſt: ſomniant: ac præter illud minime perſpicere quicq̄ poſſunt: principiorū omnium: & quæ ex principiis componuntur: ignari: uerumtamē ut prædiximus utiliſſimę ſunt: unde Plato: non ſcientias: ſed diſciplinas eas uocauit: dialectica tamen diſciplina a geometricis ſuppoſitiōibꝫ: ad prima: & principalia: & inſuppoſita: oſtendere apta eſt: quam ob rem: Dialecticam quidem ſcientiam nuncupauit: diſciplinas uero: ñ opinionem: cum clariores: ſenſibilibus ſint: neque ſcientias: cum intelligibilibus ſint obſcuriores: ſed opinionem: corporum eſſe: ſcientiam primorum: intelligentiam: diſciplinarum inquit. Ponit autem & fidem: & coniecturam: fidem eſſe ſenſibilium: coniecturam imaginum: & ſpecierum. Cum autem dialectica omniū diſciplinarū fortiſſima ſit: & quaſi erga firma: diuinaqȝ uerſetur: iccirco omnibꝫ diſciplinis ſuperior cōſtituitur: tanq̄ arx quædā ſit: & cōſeruatio reliquarum: præterea cōſequēter de prīcipiis: ac theologicis ſpeculatiōibꝫ dicendū. Ordiemur nanqȝ: a primis: ſupremiſqȝ a quibꝫ deſcendentes: dicemus de mundi primum: deinde hominū generatiōe atqȝ natura.

Aſtrologia

Muſica

Fides
Coniectura
Dialectice Laus

Materiam Plato impressum quoddam ac uniuersuꝫ receptaculũ nutricemqꝫ nominat: matrem: regionem: subiectum: atque palpabile quiddam: cum insensibilitate: atqꝫ uero legitima cogitatione susceptiuum. Talem autem habere proprietatem: ut omnem recipiat generationem: rationem nutricis: retinens: & eas ferendo: & recipiendo omnes species: deformis per se est: & sine ulla specie: & qualitate: contrita uero: ac taliter impressa ut ab his figurata: formataqꝫ: nullam propriam figuram aut qualitatem habeat. nam nihil ad uarias ĩpressiones: formasque bene atque apte paratum esse potest: nisi qualitatũ specierumque sit expers: quas ipsum recepturum est. Videmus aũt qui ex oleo unguenta conficiũt odorabilia. eo ipso fœtido uti. quiqꝫ ex cera aut luto imagines formant: molles in primis eiusmodi materias: ac pro uiribus infiguratas reddunt. Cõuenit autem omnino susceptibili materiæ: si uarias formas sit susceptura: nulli eorũ subesse: naturæ. sed nulla sine qualitate ad species suscipiendas ac sine specie esse. Verũtamen cum talis sit: neque res corporea est: neque incorporea: ut es potentia statuam esse dicimus. quia suscepta forma iam statua confecta ẽ. sed principalem rationem materia recipit. Rursus & alia principia amplexus est: quod est scilicet idearum & patris & causæ omnium dei. Vniuersaliter autem quicquid fit: secũdũ ĩtentionẽ ad aliquid fieri debet tanq̃ si a quodam quicquid fieret: ut a me imago mea ut exemplar proponatur necesse est. Alioquin extra exemplar unusquisque artificum esset: qui in se prorsus exemplar continet: cuius formam materiæ apponit. Finiũt autem ideam exemplar externum eorum: quæ sunt secundũ naturam. Neque Platoni placet pluribus artificum esse ideas. utputa scuti aut Lyræ. Neqꝫ eorꝫ quæ sunt præter naturam. utputa febris & bilis. neque singulariuꝫ ut Socratis & Platonis. neque minutissimarum rerum. ut situs & festucę. neqꝫ ad aliquid: ut maioris excellentis. Sunt enim ideæ intelligentiæ æterni dei & res perfectæ: quod autem sint Ideæ sic probari põt. Siue enim deus sit mens siue intelligentia. quædam sunt intellectiones. & hæ quidem æternæ atqꝫ immutabiles. Sint autem hoc est: sunt ideæ. etenim si materia secundũ suam rationem sine mensura est. ab altero quodam & immateriali suas mensuras assequi debet. quod quidem præcedit: excellitqꝫ: deficit ergo ipsa. Si autem hoc est: sunt ideæ. mẽsuræ quædam immateriales existentes. Item si mundus non est talis ex casu. non solũ ex quodam factus est: sed etiam a quodaꝫ. nec solũ hoc. sed ad quiddam. Id uero ad quod factum est: quid nam aliud

Materia

De Ideis

Finitio Idee

Idee

Argta quibus probari potest ee ideas

est: q̄ Idea? quare sunt igitur ideæ. Verumtamen & si intellectus a uera opinione differt: & intelligibile differt ab opinabili: qđ quidē si est: & intelligibilia aliena sunt ab opinabilibus. Iccirco & prima intelligibilia sunt: sicut & prima sensibilia: si autem hoc: sunt igitur ideæ. Itaque si intellectus a uera opinione differt: igitur sunt ideæ: deinceps autem de tertio principio sermo faciendus est quod Plato putat minus oportere: neque de eo dicendum. Narremus tamen de ipso secundum hunc modum: si autem hæc intelligibilia: nec sensibilia sunt: nec participantia sensibilium: sed primorum quorundam intelligibilium: sunt prima intelligibilia simplicia: sicut & prima sensibilia: præcedens autem est: igitur & sequens: homīes quippe tanquaꝫ passione sensus affecti: repletiqꝫ ut præeligerent intelligere intelligibile haberent sensibile in phantasia: & magnitudinis super intelligunt: & figuram: intelligibilia pure non intelligunt: dii autem remote a sensibilibus: pure & immixte: quoniam anima: intellectus melior est: intellectu uero: qui in potentia est: is qui secundum actum omnia intelligit: & simul: & semper: hoc autem melior est: qui est eius causa: ille scilicet qui sublimior his extat. Is est enim deus prima causa: quæ semper intellectu agit: cum toto cælo agit tamen in illud ipse immobilis manens: ut sol oculoruꝫ aciem: si quando quisq̄ in eum intueat. Vtque appetibile mouet appetitum: immobile permanens: ita & ipse intellectus una cum toto cælo mouet intellectum. Cum autem primus intellectus optimus sit opus est enim ut illi optimo intellectus subiiciatur: cum nihil melius ipso sit. Seipsum igitur suaqꝫ ītelligibilia intelligit semper: & ipse eius actus habetur idea. At uero primꝰ deus æternus est: ineffabilis: per se perfectus id ē semper perfectus: omni modo perfectus id est ex omni tēpore perfectus: diuinitas: substantialitas ueritas commensuratio: bonum haud quaq̄ tanq̄ diuidens: hæc dixi: sed tanq̄ secundum omnia: unius rei intellecte: & bonum quidem est: q omnia in sua potentia operatur: uniuersi boni existens causa, honestum: cum & naturæ ipse sit complementum & mensura ueritas: quia uniuersæ ueritatis ipse principium est: sicut est sol totius luminis: pater autem est: cum omnium causa sit: cunqꝫ cælestem ornet ītellectū animamqꝫ mundi: & apud semetipsuꝫ: & apud eiꝰ ītellectiōes. Naꝫ secundū eiꝰ uoluntatē: oīa replet: animam ipsius mundi excitans: & in ipsum reflectitur intellectus: cum sit eius causa: qui a patre ornatus hoc in mundo uniuersam simul naturam ornat.

De deo primo

Ineffabilis autē est: ac solo intellectu cōprahensibilis: ut prædiximꝰ:

quoniam neq3 genus est neq3 differentia. At uero nihil penitus sibi accidit: non malum: haud enim dictu fas est. non bonum secundum participationem enim cuiusdam rei ipse & maxime bonitatis est. neq3 differentia. non enim id est secūdum sententiam. neq3 quale. haud. n qualificatum est. neque effectum est a qualitate. neque enim sine qualitate: cum non priuetur essentia qualitatis. cum ipsum esse adueniat ipsi qualitati: neque pars alicuius est: neque ut totum habens quasdam partes. neque ut idem cum aliquo est aut alterum. nil denique sibi accidit secūdū q̄ potest ab aliis separi. neque mouet neq3 mouet Erit igitur prima eius intellectio secundū horum semotionem ut & signum intellexim⁹ secūdum remotionem a sensibili superficiē primū intelligentes: inde lineam: postremo punctum. Secunda autem intellectio eius est secundū analogiam ut habet sol quodammodo propriam rationem ad aspectū: & ad ea quæ uidentur: cum ipse aspectus non sit. sed quibusdam uisum præbet: quibusdam ut uideantur eandem habet intellectus rationē: & ad eam quæ est in anima intellectionē & ad ea quæ intelliguntur. quippe cum non sit intellectio: ei præbet ad intelligendum: atq3 intelligibilibus: ut intelligant illam quæ in se ipsa est illuminans ueritatē: Tertia uero intellectio huiuscemodi est prospiciens enim quidam honestum: quod in corporibus est: deinde transcendat ad eius decorem. tum quod in studiis est & legibus. postea ad plurimum pelagus honesti: post quod intelligit ipsum bonū & rem amandam & desiderandam quasi lumē quoddam apparens: atq3 irradians. & sic allectam atque tractam sursum animam. eo autem bono deum simul intuetur: propter honoris excellentiam & sine magnitudine: primum quoddam eius. pars enim & id de quo prius est: huius cuius pars etenim superficies prius est q̄ corpus. & linea prius q̄ superficies. quippe qui partes non habet: immobilis est secundum locum & alterationem. Nam si alteratur: uel a se: uel ab altero: Si ab altero: illud erit eo fortius. Sin autem a se: uel in deterius alterabitur uel in melius: utrūque denique absurdum. Ex quibus omnibus īducitur ipsum incorporeum esse: quod ex his quoque demonstrabitur Si enim deus corpus est: ex materia & forma utique esset: cum omne corpus ex binario quodam sit. ex materia scilicet & ea quæ cum ipsa est forma: quæ quidem ideis similis est & earum particeps. Nefandum autem atque absurdum profecto est: deū ex materia esse & forma cum neque simplex esset: neque principalis. quapropter incorporeus erit deus. Si corpus is esset: ex aliqua foret materia. aut ignis

& deus sit incōporeus.

denique esset: aut aqua: aut terra: aũt aer: aut quiddam ex his. At & horum unumquodq3 haud principale est. Præterea si ex materia esset: posterius materia foret: quibus inconuenientibus datis: concedendum est: ipsum incorporeum esse. Namq3 si corpus est: genitus erit & corruptibilis: atque transmutabilis: quæ omnia in eo absurda sunt. Et enim qualitates ad hunc modum in corpore esse demonstratur. Omne corpus subiectum est: qualitas autem non est subiectum sed accidens: non igitur corpus qualitas est. Item qualitas qualitati contrarium: sed corpus corpori minime: corpus quoque a corpore ī quantum corpus: nihil differt: qualitati autem differt: minime corpore. Non igitur qualitates sunt corpora. Optime dictum est q̄ materia est sine qualitate: qualitatem immaterialem esse: si autem qualitas immaterialis: incorporea utiq3 qualitas est. At si qualitates corpora sunt: duo triaq3 corpora eodem in loco erunt: quod quidem absurdissimum est. Si igitur qualitates in corpore sunt: & eorum creator incorporeus est. Item qualificantia nequaq̄ alia sunt q̄ incorporea. Nam corpora passibilia fluxaq3 sunt: & non semper secundum eadem & eodem modo se habentia: neq3 manentia: neq3 firma quæ quidem in quibus uidentur quiddam agere multo cum additamento inueniuntur patientia. Itaque quemadmodum quiddam est passibile simpliciter: ita adhuc dandum est simpliciter agens: quod profecto non aliud q̄ incorporeum inuenimus. Hæc de theologicis principiis dicta sint. Et deinceps ad naturalem locum transeamus: principium hinc sumentes. Cum enim sensibilium secundum naturam: singulariumq3 oportet esse ideas. Exemplaria quædam determinata: quorũ & scientiæ fiant: & definitiones. Nam præter omnes homines: intelligere quendam hominem opus est: & præter omnes equos equum: & præter animalia animal ingenitum: atque incorruptum: & quemadmodu3 ex uno singillo complures fiunt impræssiones: sic ex uno homine milles milia imaginum: quarum Idea causa est: principiu3 quoq3 essendi uniuscuiusque talium: ut ipsa: est apparatus quidam necessarius: & maxime decorus: ut cu3 mundus ab illo fabricatore deo factus est: in quandam idea3 mundi prospexit: quæ mundi exemplar est: ac si sculptus ab ea sit: cui assimilatus est: qui denique deus secũdum mirabilissimam prouidentiam suam: & iudicium: suaque bonitate: uenit ad mundum perficiendum. Ex tota igitur materia confecit ipsum: quæ inordinate deformiterque mouebatur: ante cæli generationem: ex sua ordinatione eam recipiens: ad optimũ induxit

q̄ materia sit sine qualitate

De Mundi ḡnatione eiusq̄ natura

ordinem. Condecentibus numeris atq3 figuris eius partes formauit: ut discerni dilucide possit: quo modo nūc se habeant ignis & terra ad aerem & aquam: uestigia quidem nuper habentia: ac receptaculū uir tutis elementorum: quæ antea sine mensura: rationeque & materiam mouebant: & ab ea ipsa mouebantur. Ex quolibet enim toto quattu or elementorum generauit: & ex igne toto & terra & aqua & aere nul lam partem cuiusuis neq3 potentiam prætermittens. intellexit primū quidem id quod efficitur: oportere corporeum esse: ac omnino palpa bile: uisibileque: sine igne autem & terra: non potest aliquid uisibile esse aut palpabile. Itaque secundum conuenientem rationem ex terra igneque illum fecit. Cæterum quia aliquo egebant uinculo ad regi/ men amborum ut manerent: diuinum illud analogiæ uinculum ī me dio posuit: quo ligarentur & seruarentur. Planus quidem non fuit mundus. nam illi una medietas defuisset: sed sphericus: cum ad ordi/ nem complendum: duarum medietatum indigeret. Iccirco in medio ignis: & terræ aer constitutus est & aqua secundum analogiæ modū: ut sicut se habet ignis ad aerem: ita se habeat & aer ad aquam: & aqua ad terram. & econuerso. Nihil uero foris reliquit: & unigenitum mundum fecit: & secundum numerum uni ideæ assimilatum. Præ/ terea neque ægrotantem eum fecit: neque senescentem neque ita: ut aliquid accidere illi posset: quod intentum propositumque auferret ex omni parte sufficientem: ac nihilo extrinsecus omnino egentem: ei circumposuit figuram pulcherrimam: capacissimamque figura/ rum: ad motumque aptissimam. Cunque neque uisus indigeret: ne/ que auditus: neque alius prorsus huiusmodi alicuius nō illi præbu/ it ad ministrationem talia instrumenta. Prætermissis autem cæteris motibus solum ei tradidit circularem: qui proprius est intellectus: & prudentiæ. Duo autem sunt ex quibus constitutus est mundus: corpus scilicet & anima. quorum primum uisibile corruptibileque est: Alterum inuisibile & impalpabile: quorumque potentia: consti/ tutioque ad alterutrum & inter se magnopere differunt. Corpus nā/ q3 eius ex igne terra aqua & aere factū est Hæc enim quattuor opifex ipse mundi accipiens nondum ordinem habentia elementorum pyra mide. cubo octangula figura atque uiginti angula figurauit. ac in omnibus duodecim angula. At secundum quod materia pyramidis accepit figuram. Ignis effectus est: figura maxime diuisibilis cuius sit: anguliſque paucioribus constituta: ac rarissima secundum autem ꝙ figuram octangulam accepit: qualitatem aeris sumpsit. secundum

& sm̄ igne & terra nō pot̄ aliquid uisibile ee aut palpabile.

Motus circularis: qui proprius est intellectus & prudentie

&

uero: ꝙ figuram uiginti angulam sumpsit: qualitatez aquæ habuit. Cubi uero figuram terræ tradidit: cum solidissima: stabilissimaque sit. Figuram autem duodecimangulam: ad uniuersum accommodauit. Harum autem principalior omnium natura planoruz est: quæ plana autem sunt: solida præcedunt. Planę uero naturæ tanquam duo progenitores: duo sunt trianguli: qui optimi sunt orthogonii. Scalenus & isosceles. Scalenus unum quidem angulum habet rectū. Alterum uero angulum duplum: ad tertium suum angulum: qui igitur Scalenus triangulus pyramidis & octaedri: & icosiedri: elemẽtum fit. Pyramide quidem ex quattuor æquilateribus triangulis cõstituente in sex triangulos scalenos: quæ dicta sunt uno quoque diuiso. Octaedro autem: ex octo similiter diuisorum unumquodqz in sex scalenos. Icosiedro autem ex uiginti. Alter autem scilicet Isoscẽles cum conueniunt quadrangulum constituunt: ex quibus sex quadrangulus cubus constituitur. Dodecaedro uero ad uniuersum deus usus est: quoniam & in cælo duodecim signa speculamur: in Zodiaco circulo: quorum singula in partes triginta diuiduntur. Eodem modo in dodecaedro: ex quinquangulis duodecim existente diuisis in quinque triangulos: ut singulum: ex sexangulis sit constitutum. In toto dodecaedro trecentiquadraginta inueniuntur trianguli & tot in zodiaco existunt partes: quibus igitur adeo iformata materia: primum quidem suis uestigiis inordinate mouebatur: deinde diuinis parentia præceptis inuicem omnia aptata sunt analogia. Non manent autem hæc discreta secundum locum. sine intermissione aũt & terræ: & materiæ motum præbent: quoniam mundi circumfluxu compelluntur: atque concretis inuicem quæ tenuissima remanent feruntur in ampliorem locum: quaquidem igitur de causa nullum uacuum relictum est: quod corpore desertum sit. Discordia autẽ quæ adhuc permanet: tonitruum causat. Ab his enim rebus materia mouetur: & heres ab illa. Corpora quidem per potentias: quæ in animo sunt eius doctrinam confitiunt: nam cum eorum: quæ sunt: unumquodqz animus noster iudicet: omnium rerum sibi constituit principia. Itaque semper unumquodqz accidentium: secundum affinitatem quandam: ac propinquitatem speculantes: concordiam operib⁹: est substantiam eius substituamus. Cum igitur intelligat quandam esse intellectualem substantiam indiuisibilemque: atque aliam circa corpora diuisibilem: subiecit ostendens: ꝙ utraque substantia potest adherere intellectui. Respiciens autem & similitudinem: & diuersi-

tatem:quæ ſunt in rebus intelligendis:ex omnibus his collectis con/ formauit animum. Aut enim ſimile ſimili cognoſcitur ut pythago ricis placet. Aut diſſimile diſſimili:ut Heraclito phyſico: Cum ue/ ro dicat genitum eſſe mundum:non ſic illud audiendum eſt: ut ali/ quando tempus fuerit quo non eſſet mundus. ſed quia ſemper in ge/ neratione. at eius ſubſtanciæ principalem:oſtendit quandam eſſe cau ſam atq; animam quidem mundi quæ ſemper eſt nequaquam deus facit. ſed perornat eamq; excitat:& ad ſe conuertit:& ſuum intellectū Ac ex profunda quaſi quadam ebrietate aut ſomno:ut ad eius intelli gibilia proſpiciens reſpiciat ſpecies & formas eius intelligibilia cōcu/ piſcat. Itaq; dilucidum eſt quod mundus animal ſit. & intelligibile quippe cum ſummus ille artifex deus:eum optimum facere uellet: conſequenter animatum:atq; intellectualem ipſum fecit. nam quod animatum eſt:melius eſt non animato. totum melius:non toto. & in tellectuale:non intellectuali cum intellect⁹ fortaſſe ſine anima neque at ſubſiſtere. Anima uero extenſa cum ſit a medio ad extremita/ tes uſque contingit ipſam corpus mundi circumcirca ubique conti/ nere:implereque ut in toto mundo ipſa extendatur:colligatque eu; atque contineat. & quæ extrinſeca ſunt in inferioribus coartentur. nam quæ extra ſunt: abſciſſa manſerunt: quæ uero intus in ſeptem circulos diuiſa ſunt ab initio diſtributa: ſecundum dupla ac tripla interualla quæ quidem circunducitur:& ipſa immobili ſphæræ pro/ xima eſt. quæ uero mouetur altero mouetur. Motus enim cæ/ li:quod omnia continet:nullo errore uagatur. ſed unus eſt & ordina tus. Qui uero interiorum:uarius eſt. & a primo alienus eſt:ortu: & occaſu. qua de cauſa & error quidam uocatur. Fertur autem quod extra mouetur uerſus dextram ab ortu in occaſum. quod uero intra eſt:econuerſo in ſiniſtram:ab occaſu ad ortum mundo aduerſans. Fecit autem deus & ſtellas & aſtra. & horum quædam ſine errore. q̄ plurima numero:ad ornatum cæli & noctis:quæ uero ſunt ad gene/ rationem numeri & temporis:rerumque probationem ſeptem ſunt. Etenim tempus temporiſque interuallum:mundi motus fecit quaſi imaginem quandam ſeculi. Stellarum uero inerrantes:nec illis ſi/ miles ſunt uirtute. Si quidem & ſol omnium dominatur. omnes illu minat:omneſq; oſtendit. Lunam uero ordine ſecundam ob ſuaꝫ uir/ tutem ſpeculamur. Aliorum autem planetarum analogice: ſecū/ dum portionem:quilibet propriam habet uirtutem. Luna quidem menſis menſuram facit:orbem ſuum circumagens. quo in tempore

Anima Conformatio
Pythagorici
Heraclitus
Qđ Mundus ſit aial & intelligibile
Motus cęli
Lunę cursus

Solis cursus.

ſolem compræhendit. Sol uero in anno circumiens quidem orbem Zodiacum: complet tempora anni. Cæterorumq; ſinguli propriis per ſe reuolutionibus utuntur: quæ non ab omnibus contẽplari quæ/ unt: ſed ab iis dumtaxat: qui diſciplinis dediti ſunt. Ex omnibus ue ro reuolutionibus perfectus numerus: ac tempus determinatur: cuꝫ ad idem punctum: planetæ omnes conuenerint: atque hunc recipiant ordinem: ut a ſphera non errantium: linea intellecta reſpiciat in terrã perpendiculariter: eorum centra in ipſa ſpeculemur. Septem igitur globis: qui in ſphera non errante ſunt: ſeptem corporea deus uiſibilia condidit: ingentis ſubſtantiæ: ac in altero circulo errante alias aptans ſpheras: Lunam quidem ipſam primo circulo impoſuit. Solem in ſecundo: luciferum uero: & ſtellam ſacram: quæ Mercurii nuncupa tur: hæc in æqua ſolis celeritate: ſuum tranſigit orbem: ab eo tamen re mota. Supra cæteros omnes ſed illis tamen tardiorem ſecundũ pro/ priam ſpheram: ſub ſphera non errantiũ: ſtellam poſuit: quam qui/ daꝫ Saturni nuncuparũt: quæ uero a tarditate ſecunda eſt: poſt hanc. Iouis ſtella eſt denominata: ſub q̃ ſtella eſt Martis. Octaua uero quæ ſuperior eſt: hos ſeptem orbes ambit. Omnes autem hi intelligi/ bilia ſunt animalia: ſunt dii: & ſphericæ figuræ. Sunt autem & alii de/ mones: quos quiſpiam uocaret Senios deos in ſingulis elementis. Illi quidem inuiſibiles: ſed hi inuiſibiles ſunt in æthere ſcilicet & igne: in aere: & aqua ut nulla quidem mundi pars animæ ſit expers: cum nullũ principium naturæ ſit animali melius: his ſubordinata ſunt omnia: quæ ſublima ſunt: & terreſtria. Deus quidem ipſe uniuerſi conditor eſt: & deorum: & demonum: qd̃ quidem uniuerſum ſolutionem: in/ territumq; non habet. Cæterorum uero reruꝫ illius filii duces ſunt: ſecundum eius præceptum: & ſecundum mutationes agentes quicqd agant: a quibus ſortilegia uiſa: ſomnia: oracula & quicquid denique uaticinii a mortalibus machinatur. Terra in medio omnium ſita eſt: ſuo ordine: coarta infra polum per totum: cuſtos diei: ac noctis deo/ rum antiquiſſima: infra cælum & poſt animam mundi: quæ abun/ danter cibum nobis præbet. Aſtrum quoddam & ipſa eſt: quæ in medio iacet: ac manet eam continentium. Ether autem ab extremo diuiſus in ſpheram inerrantium & errantium poſt quas & ſphera ae/ ris eſt: cuius in medio terra ſita eſt: cum ſuo ipſius humore. Cum autem ille hæc ornamenta cuncta feciſſet. Tria animantium genera deerant: quæ futura mortalia eſſent. Volatile ſcilicet aquatile: & pedeſtre. Filiis ſuis diis præcepit: horum faciendorum negocium:

Luna. Sol. Lucifer.

Saturnus. Iuppiter. Mars.

Terra.

Trid Animãtium gẽra.

ne forte si ab eo plasmarentur immortalia fierent: Nam hi a prima materia quasdam partium mutuo capientes ad determinata tempora tanquam id rursus redituri mortalia animantia condiderunt. Cum uero de humano genere tanquam maxime diis finitimo: patri omnium rursus curæ fuit: una cum suis natis diis in terram misit huiꝰ generis animas: omnium plasmator numero: astris equales: Omnisque iniiciens inconstitutum quoddam astrum tanquam in uehiculum. Posuitque eis more legislatoris fatales leges: ne causa ipse foret: qd̄ passiones a corpore mortales nascerentur. Primo quidem sensꝰ adhibitus est. deinde uoluptas. & dolor. & timor: & ira: qui dominarēt quidem: sed nullo modo cogerent: quæ iusticiam ergo sequerentur: uiuent ac in constitutum astrum descendent. Quæ uero iniusticiam mulieris uitam: in secunda generatione uiuent. non cessantes autem: quod extremum est in naturam bestiarum: atque finis laborum erit ut uincant: quæ sibi innata sunt: ac in proprium deueniant habitum dii denique hominem principaliter formarunt ex terra: igne: aere: & aqua: particulas quasdam mutuo sumentes restituendas. Composuerunt singula corpora suo opere inuisibilibus uinculis. infusæ animæ dominium capiti alligarunt: cui quasi campum quendam cerebrum subiecerunt. Circa os uultumque instrumenta sensuum posuerunt: quæ dignum proficerent ministerium. Cerebrum autem ex inuertibilibus: leuibusque triangulis: ex quibus elementa confecta sunt composuerunt: ad generationem seminis futurum. Os uero ex terra medullaque commixta: quæ aqua igneque intincta sit. Nerui uero ex osse: carneque. caro autem quasi confecta ex salso: ac idoque Circumposuerunt quidem cerebro ossa. Ossibus uero ad uinculum eorum neruos: ut per neruos annecterentur articuli: & facilius flecterentur: ac per carnem operimentum esset his quoddam: quæ tum albatum nigra: plasmata est: ad bonum corporis usum. quibus quidez & maiora uiscera contexta sunt: & uenter & interiora circa eum reuoluta. ab ore autem arteria & fauces: illa quidem in stomachum. ipse uero in pulmonem tendunt. coquiūtur autem cibi in uentre & spiritu caloreque præciduntur & mollificantur. & ita per totum corpus recepti mutantur in proprias substantias. Duæ autem uenæ per renes transeunt: quæ modo contrario caput complicant: sibi inuicē occurrentes: ex quo loco deinde in plurimas diuiduntur. Itaque cum dii hominem fecissent: illiusque animam corpore induissent. ei domi

No. De aīalibus

Quomō factus fuit ħo a dijs.

De formatione hōis.

nantem ipſius principatum ſecundum rationem in capite formarũt: ubi ſunt medulle: neruorũq; principia: & ſecundum ſuaſiones amentiæ: ubi & ſenſus circundant: qui principatũ in capite muniunt: quo in loco potentia eſt rationatiua: & iudicatiua: & ſpeculatiua. Paſſibilitatem quidem animæ inferius poſuerunt. Iracundiam quidem circa cor. Concupiſentiam uero circa iecur: & loca: quæ ſunt prope umbilicum: de quibus poſtea dicetur. Apud faciem uero oculos firmarũt qui lucem afferant: ſed in ipſis recluſerunt uim ignis illuminatiuã: lenem ac denſam: quam fratrem: ſororẽ ue putauerunt quotidiani luminis. Hæc igitur uis per totos oculos præſertim circa eorum medium: diſpoſita eſt: quæ puriſſima: ꝑfectiſſimaq; eſt: quæ cum re externa cõformata: ut ſimilis ſimili: ſenſum uiſus præbet. Vnde nocte lumine abſente: aut ꝓximo aere obtenebrato: non amplius producit: a nobis radiorum fluxus: quæ uero intus continẽt: lenefacit: & profũdit motus qui ſunt in nobis: ac effectum ſomni inducit: apud qd' palpebræ claudũtur. Itaq; profunda quiete facta: ſomni incidunt ĩ illis: qui breuia ſomnia habent. Suſceptis aũt quibuſdam motib⁹: frequẽtia fiunt in nobis phantaſmata: fiunt circa nos ac conſtituuntur phantaſiæ ductæ ſecundũ ꝓceritatem: ut & uiſio: & ſomnium. hæc autem ſequunt imaginationes: quæ ꝑ ſpecula fiũt. & cæterorꝝ quæcũq; diaphana: leuiaq; ſũt: nec aliter ꝑficiuntur: q̃ ſecũdũ refractionem: ut ſi ſpecula: cõuexitatẽ: aut cõcauitatẽ: aut longitudinem habeant: differentes cauſant phantaſiæ: cũ ecõtra repellant uerſus alteras partes: ac labantur quidẽ: a cõuexitate: ſed concurrant in concauitatẽ. Sic enim in qbuſdam quidẽ & contrariis ſiniſtrũ: & dextrum uidetur. In quibuſdam ſcilicet æqualitatẽ. In qbuſdam autem inferiora: in ſuperiora & econuerſo coincidunt. Auditus aũt factus ẽ ad cognitionẽ uocis. Incipit a motu qui circa caput ẽ: finit apud ſedem principantis. Vox uero eſt ad cerebrum: & ſanguinem: ſed delata uſq; ad animam ꝑcuſſa. Ac cuta quæ celeriter mouetur: grauis quæ tarde: magna qdem: quæ multa eſt: ſed ꝑua quæ pauca: hanc uero ſequitur narium uis: quæ in ſenſu odoratorum conſtat. Odoratus autem ẽ paſſio: deſcendẽs a uenis: quæ ſunt in naribus: uſq; ad loca umbilico propinq̃. Species huius ſenſus nõ ſũt nominatæ: exceptis duabus: & hæ qdẽ generaliſſimæ. odor. ſ. & fœtor. quæ denomiationẽ hñt doloris & uoluptatis. Omnem odoratũ aere cõſtat eſſe craſſiorem: ſed aqua ſubtiliorẽ. Nos uero in quibus genus odoris dicitur: quoniam eorꝝ eſt: quæ

phantaſmata

imaginationeſ quę ꝑ ſpecula fiunt

diaphana

Auditus

Vox

odoratuſ

nunquam mutationem recipiunt perfectam. ſed cum aere & aqua ha
bent communitatem. hæc autem eſſe: & ſecundum fumum & caligi
nem qui cum inuicem uiciſſitudinem habeant: ſenſus perficitur odo
ratus. Guſtus quidem ex diuerſiſſimis cibis cum ſit: regulam quan
dam poſuerunt ei dii: ab ipſa uſq; ad cor uenas extendentes: ad futu
ra experimenta & iudicia ſaporum. hæc autem collata & diſcreta ſe
cundum accidentia ſapoꝝ: diuidunt in his differentias. Sunt autē ſa
poꝝ differentiæ ſeptem: dulcis: acutus: mordax: auſter: ſalſus: acer
bus: amarus. Sed dulcis cæteris omnibus contrarius habetur. diffun
dit autem propriam humiditatem: quæ apud linguam eſt. Reliquo
rum uero ſaporum qui perturbant lacerantq; acutos uocant: qui ca
lefaciunt: ac ſurſum tendūt: mordaces. Qui ualide mūdant ac lique
faciunt: amaros. qui paulatim mūdant ac purgant: ſalſos uocant. q
uero afferant indicentq; dolores: ſintq; aſperiores: acerbi ſunt. Qui
uero minus id cogant: auſteri. Vis autem tactus: a diis fabricata eſt:
receptiua frigoris & caloris: molliumq; rerum atq; duriorū: leuiuꝫ
& aſperarum. Vtq; in his differentias indicemus: conuenientia qui
dem dicimus: quæ tactū recipiūt. Contraria uero quæ non ſūt ſimi
lia. Id autem contingit circa fundamenta horum corporum. Quæ q
dem habent maiora corpora firma ac ſtabilia ſunt. Quæ uero proce
dunt in paruo ſubtilia & mollita: & quæ de facili mutentur cōſiſtūt
Aſperum autem eſt quod non lene: ſed durum eſt. Lene autem qđ
cum denſitate politum eſt. Paſſiones quidem caloris & frigoris: cum
inuicem q̄maxime aduerſentur & contrariis cauſis conſtant. Nam id
quod partes diuidit: acutie quadam ac celeritate caliduꝫ perficit affe
ctum. Frigidum uero quod ſuo introitu uberius eſt cum minora ac
parua quidem expellant: quæ uim afferant ut intrent in eorum ſedē.
Motus enim quidam ac tremor tunc conficitur. & hæc paſſio in cor
poribus tremor eſt. Graue uero & leue per ſurſum quidem & deor
ſum minime diuidenda ſunt cum horum nihil aut ſurſum aut deor
ſum ſit. quippe cum totum cælum ſpericæ ſit figuræ. & accuratiſſi
me perpolitum. ſecundum ſuperficiem exteriorem haud digne quiſ
q̄ ſupra aut infra leuia aut grauia nominaret. Sed illud quidem eſſe
graue: quod difficulter in locum naturam trahitur. Leue autem qđ
facillime. Præterea graue quidem quod ex pluribus eſt compoſituꝫ
partibus. Leue autem quod ex pauciſſimis. Reſpiramus autem hoc
modo circūfunditur quidem nobis exterius: aer multus qui per os p

Guſtus

ſaporū differentię ſepte

Tactus

Aſperum
Lene

calidum quō fiat

Frigidum

Tremor

Graue
Leue

qualiter reſpiramus

nares: cæterosq; corporis poros: qui ratione compræhēdunt: intrat: qui calefactus: ad exteriora rursus: ad cognatum festinat. Vtq; pars aliqua eius exit: externum circumpellit: econtra: ille rursus aerem internum: & sic sine intermissione is circulus: cum cōficiatur: spiratio: & respiratio constituitur. Egrotationuz uero causæ complures sūt. Primum quidem elementorum: aut defectus: aut superabundantia: ac transmutatio ad aliena loca. Sin autem conuersa homogenorum generatio: ut si ex carne sanguis fiat. Sanguis autez bilis: aut pituita. Nam per hæc omnia: nil aliud fit: q̄ consumptio. Pituita quidem cōsumptio est noue carnis. Sudor autem & lachryma est quasi terminus quidam pituite. Pituita extra quidem si relinquatur: maculas & uitiligines generat. Intus uero si atre bili commiscetur: quem sacrum morbum uocant: inducit. Acutū autem & salsum phlegma sunt egrotationum causa: quæ ī fluxu sunt. Omnia uero: quæ a cholera inflammant: a cholera id patiunt. Innumeras enim passiōes cholera: & phlegma cōficiunt. Febris quidē cōtinua fit: cū ignis supabūdet. Quottidiana uero: cū aer. Tertiana cum aqua. Quartana uero cum terra. Deinceps autem de anima dicerem: hinc exordium sumemus: q̄uis uideamur reiterare. Animam enim immortalem humanaz a supremo deo accepimus: ut ipsi demōstrabim⁹. Dii genera immortalia cum condidissent: duas apposuerunt partes mortales: & ne plene forent mortalibus nugis: diuinum quiddam & immortale in eoꝝ corporibus collocarunt: quasi in arce dominans: atq; regnans: caput eis in habitaculum tribuentes: demonstrarunt: quod figuram instar uniuersi continet. Aliud autem ad ministerium corpus subiecerunt illud tanq̄ uehiculum adhibentes: cuius mortalibus partibus habitaculum: aliud singulis tribuerunt. Irascibilem quidē partem cōstituerunt in corde. Cōcupiscibilem in loco: qui est inter umbilicum: & renes: eam illic uincientes: tanq̄ asilum quoddam: atq; siluestrem beluam: pulmōes autem cordis causa fabricarunt: sine sanguine: molles: ac quibusdam foraminibus: porisque instar spongiæ affectos: ut cor eleuatum ira: imflammatumq; aliquid habeat refrigerii. Iecur & ad excitandam: & ad mitigandam animæ concupiscentiam: dulcedinez: ac densitatem habet: præsertim ad uaticinium somniorum patefaciendum. Nam in eo propter lenitatem: spissitudinem: & luciditatē: ea uis apparet: quæ ex animo fertur. Splen uero est iecinoris gratia: quo eum purget: splendidūq; reddat: corruptiōes quæ ex quibusdaz

Cāe egrotatiū
Pituita
Febris continua
Febris quottidiana
Febris Tertiana
Febris Quartana
De Aīa
Ira
Concupiscentia
pulmones
Iecur
Splen

ægritudinibus in iecinore fiunt: in eum recipiuntur. Quod autem anima partita est secundum potentiam & secundum rationem: partes eius quæ propriis locis distribuuntur: hoc in loco addiscemus. Primum quidem illa altera natura. quæ natura sunt separata. Natura autem separantur passibile & rationale: quorum hoc circa intelligibilia: illud circa doloris uoluptatesque affectiones uersatur. Versatur præsertim apud animalia passibilitas. Itaque cum alia sint natura passibilitas: & rationabilitas ut locis separentur: congruum fuit. Si quidem pugnare secum inuicem reperiuntur: cum nihil sit: quod per se ipsum contra se pugnare queat. Neque contrariorum aliqua inuicē circa se secundum idem tempus constitui possunt. Intelligitur enim in Mœdea ira rationi pugnans. Illud igitur: ediſco inquit quæ agere debeo mala. Ira autem meis consiliis melior est. De Laio autem Chrysippum rapiens libido cogitationi repugnat. Dicit enim sic: ita res qp pe diuina hominibus mala est: quando quispiam bonum uideat: quo minime utatur. Item quod alterum sit rationabilitas a passibilitate patet: cum aliud diligentiæ adhibeatur rationabilitati scilicet per disciplinam: hunc modum Plato demonstrat esse immortalem. Anima cui quidem aduenit: huic affert uitam quasi id cognatum sibi existat. aliud passibilitati per exercitum consuetudinis. Animam autē ad quod uero alicui affert uitam: incapax est mortis cum res eiusmodi immortalis sit. Sin autem anima immortalis est: perire non potest: cum incorporea & immortalis secundum essentiam ac intellectualis: & uniformis sit substantia. Igitur incomposita: irresolubilis impartibilisq3. Corpus autem omnino contrarium: sensibile: uisibile: partibile compositum: multiforme. Etenim anima ad rem sensibilem per corpus affecta obtenebratur. & perturbatur & quasi ebria efficitur. Ad intelligibile uero ipsa per se affecta: & permanet: & quiescit. Illi ergo circa quod perturbatur: minime similis est. Assimilatur deniq3 magis intelligibili. Intelligibile uero impartibile est natura. & incorruptibile. Anima nanque natura dominatur. quod uero præceps est natura diuinitati assimilatur. Itaque anima diuinitati similis incorruptibilis est: & perire non potest. Quæ uero sunt immediate cōtraria: neq3 per se. sed secundū accidens nata sunt inuicē fieri contraria. Contrariū autem est id: quod homines uiuere uocant. mori. ut mors est discretio animæ a corpore. sic & uita coniunctio animæ: cū corpore ante corpus scilicet existentis. Si quidem & si erit post mortem & fuit ante q̄ in corpus aduenirent. eam æternam esse: q̄maxime

De Anima.

Contrarium quid sit Mors.

credendum est: haud enim intelligi potest eam aliquando corrumpi Si disciplinæ quidem reminiscentiæ sunt: immortalis denique anima est: q̄ autem disciplinæ reminiscentiæ sint: ad hunc modum inducit. Haud enim aliter disciplinæ substarent: q̄ secundum eorum remini/ scentiam quæ diu cognitæ sunt. Nam si a particularibus uniuersalia cognoscimus: quomodo particularia quæso pertransibimus: cum in finita sint? aut quomodo in paucis opinio nos falleret? ut id utique solum animal esse iudicemus: quod respiratiõe utatur. Aut quomo/ do igitur principales erunt animi cõcessiones? Reminiscentia igitur intelligimus a prauis phantasiis: quibusdamq3 particularibus inci/ dentibus: eoꝝ reminiscentes: quæ iam diu acta sunt: quoꝝ obliuionẽ assumpto corpore suscepimus. Item anima: neq3 proprio uitio: neq3 q̄ aũ sit incorruptibilis: alio quodam: neq3 simpliciter: a quouis alio corrũpit. Cum autem ita se habeat: incorruptibilis ergo est: quod quidẽ per se mobile ẽ prī cipaliter: semper mobile est: quod uero huiuscemodi: īmortale: per se mobilis autem anima: quod uero per se mobile: principium est om nis motus: & generationis. Principium autem innatum est: & perire non potest. Quamobrem: si omnium anima talis sit: & humana ipsa cum ambæ unius mixtionis participent per se mobilem autem inquit animam cognatam habere uitam: semperq3 per se agentem: quod au/ tem animæ īmortales existant: secundum uirum hunc affirmaret q̄s/ piam. Si uero de irrationabilibus quispiam dubitaret: credendũ enim irrationabiles animas: & nuda phantasia receptas: ac neque cogitatiẽe neque iudicio utentes: neq3 speculationibus: horumq3 aggregatiõe: neq3 uniuersalibus perceptionibus: non intellectuales omnino esse: neque eiusdem substantiæ esse: cum intellectu rationabiliq3 natura: sed mortales esse: atque corruptibiles: q̄ autem animæ sint immorta/ les: ratione conclusum est: quia ipsę corporibus decernuntur milib⁹ plasmatis naturis: ac multa permutare corpora: & humana: & nõ hu mana: uel numeros expectantes: uel deorum uoluntatez: uel propter comꝰ luxuriem: uel propter corpis amorẽ. Habent aũt quodammodo pro prietatem inuicẽ corpus: & anima: ut ignis & bitumen. qd' autẽ deoꝝ est: & ipsa anima possidet: scilicet iudicatiuum: quod & cognitiuum quispiam uocaret: & appetitum quidem: quam partem cupiditatem possumus nuncupare: & excandescentiam: aut iraz: quæ potentiæ: cũ in animis hominum sint: post corpus acceptum: quasi mutationem recipiunt: ut excandescentia in desiderium: & appetitus in iram: De fato autem: quæ huic uiro placent: talia sunt. Omnia enim inquit De Fato

in fato esse. non tamen omnia fato agi. quippe cum fatum legis ordinem contineat: non eiusmodi dicit. quoniam id quidem hæc faciet. id autem hæc operabitur. In infinitum enim hoc progrederetur cum infinita sint quæ facta sunt: infinita essent: quæ eisdem accideret. quoniam laudes auferrentur a nobis. & uituperationes. & quicquid eius modi est. At cum anima recipiat talem uitam: operetur que aliqua: unde & aliqua sequentur. Sine dominio igitur esset anima: & non necesse in ipsa effectum esset: egisse quidem aliquid: aut non. Id quod ordine sequitur: secundum fatum complebitur: ut hoc Paris rapiet Helenam: ea posito illud sequetur. Pugnabūt propter Helenam græci. Sic enim Apollo Laio prædixit: Si enim concipies filium qui genitus erit: te interficiet. Itaq; in oraculo continetur quidem & Laius: & eum generare filium. Fatum uero fuit quod secutum est. Natura autem possibilis in medium quodammodo cecidit & ueri & falsi: Id autem cum natura in nobis tanquam infinitum deuehatur nobis eligentibus illud fit: hoc erit aut uerum aut falsum. eius uero potentia distulit hæc: quod secundum habitum & actum dicitur. quod uero potentia est: aptitudinem quandam significat ad quoddam: quod nō dum habeat habitum: ut puer potentia grammaticus: tibicen: & faber lignarius dicitur. Erit autem eo tempore in habitu: aut horū singulorum aut duorum cum addiscat: & acquirat quendam aut quosdam ex eorum habitibus secundum actum. aut cum operatur: ab eo habitu quem acquisiuit. fieri autem potest nihil horum esse futurū Infinite autem dicendum est quod in nobis secundum uertibulū qdam ad utrunque capitur: aut uerificandum: aut non. Deinceps autem tangenda sunt capita eorum: quæ apud hūc uirum de moribus tractantur. Itaq; honoratissimum: maximumq; bonorum quod ne inuentu quidem facillimū putauit: neq; securū inuentoribus ut ad omnes id proferatur: ualde profecto paucis cognitū. tradidit tamē d' bono præligentibus audiendū. Bonū quidem nostrū si quis diligēter eius tractatus inspiciat: posuit in scientia: speculationeq; summi boni: quod & deum & mentem primam quispiam nominaret. Si qdem ea quæ apud homines quomodocūque bona putantur: hanc denominationem receperunt quomodocunque participent illius primi: ac uetustissimi: quæ modo dulcia: calidaque sunt. secūdum participationem primorum denominationem habent. Sola autem quæ in nobis sūt: ueniūtque in eius similitudinis compræhēsionem mens scilicet & ratio. Itaq; hoc nostrum bonum honestum esse inquit. ac

De Bono & felicitate hois

dignum diuinum: amabile: modestu3: fœliciterq3 uocatum. Cætera uero quæ a plurimis dicuntur bona: ut ualitudo & pulchritudo: robur diuitiæ: & his similia: nihil horum esse pœnitus bonum: nisi eo3 usus: cum uirtute sit coniunctus. Nam cum ab ea hæc separant: ordinem dumtaxat materiæ retinent: illis ad malum effectū: qui eis praeutuntur: bene ergo interdum ipsa mortalia nominauit bona. Fœlicitatem autem haud in bonis putauit esse hominibus: sed in diuinis: & beatis: q̄obrem magnis: ac mirandis rebus: refertas esse animas uere philosophantium: affirmauit. Conuiuas esse diis: inter eos uersari: contemplarique campum ueritatis: quare dum hic uiuerent: in eius scientia uersati: atque eam in ingenti ueneratione habuerunt: a qua quasi lumen quoddam purgauerunt: ac redegerūt ad uitam: deperditum & obcecatum ut saluetur melius: cum & possit milia lumina appetere: omnis deniq3 naturæ rei rationalis. Similes enim insipientes esse hominibus in subterraneis cauernis collocatis: qui ne lumē quidem unq̄ splendidum respiciūt caliginosas quasdam umbras corporum: quæ apud nos sūt putantes earum rerū quæ sūt apertam recipere cognitionē. Nam cum ex tenebroso quodam ascensu ad purum lumē hos accedere contingat: tum ratione ducti: contemnūt: quæq3 prius apparebant: tanq̄ magnopere ab eis decepti. Sic aūt iis euenit: qui ab huius uitæ tenebris: ad diuina quædam: & secundū ueritatem honesta: migrant. ea quidem contemnunt: quæ prius sibi fuerant admirationi: harum denique rerum: quæ huius speculationis sunt: appetitum illi ualidiorem habebunt: quibus uis dicendi consona reperietur: hoc dumtaxat inquit: bonum esse honestum: ac integram uirtutem ad fœlicitatem: quod quidem bonum: honestumq3: in primi supræmique scientia sit. Sed cætera secundum participationem per omnes tractatus demonstrauit: in primo legum sic. Duplicia autem sunt bona humana quidem: ac diuina: & quæ hæc sequuntur. Sin autem quicq̄ separatum existat: sitque primæ substantiæ expers: ac id ab insipientibus bonum nuncupetur: hoc quidem inquit habenti maius esse malum. Item in Euthydemo. Quoniam autem uirtutes per se eligendas: ut sequitur accipiendum: cum ipse solus putaret honestum esse bonum: quod denique pluribus in locis apud ipsum demōstratum est: & præsertim in toto de repu. Illud scilicet qui eam scientiam assequitur de qua prædictum est: fortissimum fœlicissimumq3 fore: non quidem propter honores: quos ipse cum talis sit: aut prima: recipiat. Verum & si id omnes lateat homines: si conuitia: si

Fœlicitas in quibus sit.

De phantiū fœlicitate.

Insipiēs cui assimilatur.

Bonorum diuisio.

uituperia.ſi exilia.ſi denique mortes contingat. Qui uero ſine hac ſcientia:omnia quæ putantur bona:aſſequatur:utputa diuitias:amplum regnum:corporis ualitudinem:robur pulchritudinemque nihil magis eſſe fœlicem.quibus omnibus minime aſſecutum finem attingit:ſe ſcilicet deo quoad fieri poteſt aſſimilari:quod quidem elegãter ac uarie tractat.Nam quando ſimilem deo hominẽ dicit:prudentem eum iuſtum:ſanctumque uult eſſe uult:ut in Theeteto.Iccirco tentare opus eſt:hinc atque illinc fugere q̃maxime. Fuga uero ſimilitudo dei eſt: quoad fieri poteſt.Similis uero deo eſt:qui iuſtus:ſanctus:prudenſque efficitur.Interdum uero dũtaxat ſi iuſtus eſt:ut etiam in ultimo reipub.Siquidem a diis nemo unquam negligitur:qui pro uiribus conatur iuſtus fieri:magnifaciat uirtutem.& quoad fieri poteſt:deo aſſimiletur.In Phedone autem ſimilem quẽpiam deo dicit fieri:ſi modeſtus ſit:ſimul atque iuſtus.Sic quodam modo beatos eſſe inquit ac fœliciſſimos:ac etiam optimũ locum adeptos:qui ſuo officio & popularem & publicam uirtutem exerceant: quam quidem modeſtiam:iuſticiamque uocant. Interdum quippe deo finem aſſimilari dicit. Interdum autem ſequi:ut ſi quando dicatur:Deus quidem:ſicut antiqua ratio principium & finis eſt:& quæ hæc ſequuntur.Interdum autem utraque:quæ deum uero ſequitur & aſſimilatur.anima eſt.& quæ ſunt deinceps:etenim uolũtatis principium bonum eſt. Hoc autem ex deo dicitur.ſequitur igitur principium.Finis eſt utique deo aſſimilari:deo ſcilicet ſuperceleſti : aut per Iouem ſupraceleſti:qui uirtutem non habet:potior hic eſt hac: unde recte ſiquis dicat infœlicitatem quidem demonis eſſe maliciam Fœlicitatem uero bonam demonis habitudinem. Deſideremus igit̃ deo ſimiles fieri. Vtamur condecenti natura:conſuetudine: ductu ſenſuque ſecundum legem:quodque propriiſſimum eſt ratione:doctrina diuinorumque uerborum traditione:ut plurimis quidem humanarum rerum omiſſis:quæ ad mentem attinent: ſemper rebus uacemus.Hæc imprimis purgamenta:medelæque ſunt eius demonis : qui in nobis eſt. Si maiores diſciplinæ addiſcendæ ſunt : illæ forent quæ per muſicam arithmeticam aſtronomiam geometriamque : cura ſimul adhibita.ut corpus per gymnaſticaz exerceamus:quæ & ad bellum.& ad pacem corpora bene apta diſpoſitaque reddit. Re autez diuina uirtuteque operante.hæc diſpoſitio animæ eſt perfecta atque optima.quæ formoſum aptum ac firmum hominem reddat. in dicẽdo.in agẽdo per ſe.& apud alios in eius ſpecie. Sunt autem rõnales

partes: quæ irrationabilibus: utputa fortitudo: & modestia. Iræ quidem fortitudo obsistit. Appetitui uero modestia. Quippe cũ alterum rationabile: alterum irascibile sit: hoꝝ igitur differens est singulorũ perfectio. Rationalis quidem partis: prudentia perfectio est. Irascibilis fortitudo. Appetitiue: modestia. Prudentia quidem scientia est bonorum: malorumq; atq; neutrorum. Modestia uero est ordo quidam circa desideria: & appetitus: & persuasionem eorum: ad eam partem: quæ est principalis: hæc autem utique est rationalis: cum autem dicimus ordinem quendam persuasionemq; modestiam: tale quiddã ostendimus: q̃ uis quædam sit: secundum quam ordinate fideliterq; appetitus se habeat: erga partem natura principantem scilicet rationalem. Fortitudo autem est salus quædam opinionis legalis: & grauis: & non grauis: hoc est uis salutifera opinionis legalis. Iusticia est concordia quædam horum inuicem: uis secundum quam consentiunt: & concordant inter se tres animi partes: & circa singulas propria fit: atq; aduenit secundum dignitatem: ut quædam pœnitus perfectio sit trium uirtutum: prudentiæ: fortitudinis: modestiæ. Principante quidem ratione. Reliquæ uero animæ partes: secundum suam proprietatem a ratione: suisq; suasionibus contrahuntur: unde putandum est: uirtutes omnes inuicem consequi: atque congruere. Nam fortitudo cum sit opinionis legalis conseruatrix: recte quoque rationis est conseruatrix. Opinio enim legalis est: ratio quedam recta. Ratio autem recta a prudentia fit: & enim prudentia cum fortitudine constans est. Scientia enim est bonorum. Nemo autem potest bonum prospicere formidine obtenebratus ac passionibus quæ formidinem consequuntur. Similiter: neque si luxuriæ quisq̃ affectus sit: prudens fieri põt. Denique uniuersaliter: siquis præter rationem quicq̃ agit: a ruditate & imprudentia: cæterisq; passionibus superatur. Idipsum pati inquit Plato. Quare aut luxuriosus: aut timidus quisq̃ prudẽs esse nequit. seperandæ igitur sunt uirtutes inuicem. perfectæ dicuntur enim alter uirtutes: ut sunt ingenia: & processus ad uirtutem equiuoce: secundum similitudinem: quam habent ad perfectas. Itaque ad hunc modum: & quosdam milites fortes uocamus: atque interdum quosdam dicimus insipientes esse fortes: tum uerba de imperfectis uirtutibus facientes. Perfectæ igitur uirtutes dilucidum est: q̃ neque remittuntur: neque intenduntur: uitia tamen & intentionem recipiunt: & remissionem. Nam alter altero insipientior est: atque iniustior: uerum uitia inuicem nõ consequuntur. Sunt enim aliquæ inter se cõtrariæ.

Finitio prudentiæ. Differentio Modestiæ

Fortitudinis differentio. Iusticiæ differentio

quæ pene eundē minime esse possūt. Ita.n. se habet audacia ad timiditatem: & ꝓdigalitas ad auaritiam. Deniq3 fieri minime pōt: ita affectū esse & corruptū quenq̄ hoīem q̄ uniuersis uitiis subiiciat: q̄q̄dem nequeat corpus ullū oīa in se hre uitia. Interdū aūt recipiēda ē dispositio media: quæ neq3 praua sit: neq3 studiosa. nequaq̄ eniz oēs hoīes aut studiosi sūt aut praui. Nam q ad dignitatē ꝓcedūt: sūt eiꝰmodi. haud enī facile q̄primū a uitio ad uirtutē transcendūt: cuz sit horꝫ extremorꝫ plurimū interualli atq3 contrarietatis. Virtutū autē quædam principantes sūt: quædam sequētes. Principantes quæ ī ꝑte sūt rōnali: a qbus & reliquæ recipiūt ꝓfectionē. Sequentes uero quæ sūt in affectu. Ipse.n. ſm rōnem honesta agūt: nō ꝑ se. haud enim habent. sed secundū eū q traditus ē & cōsuetudine atq3 exercitatione cō fectæ sūt. Cūq3 neq3 scientia: neq3 ars in alia ꝑte aīæ constet: nisi sola in rationali. Virtutes qdem quæ circa affectus sūt: mīme sūt sub disciplina: cū neque artes sint: neque scīæ: neq3 ꝓpriam qdē habeant speculationem. Prudentia qdem cū scientia sit: unicuiq3 quæ ꝓpria sūt: tribuit. ut & gubernator quædam nautis præcipit: ab ipsis mīme uisa: tamen adhibent ei fidē. Eadem aūt ratio est & de militibus: & de īperatore. cum uero uitia & intendantur & remittantur. neque peccata quidem paria sunt. sed quædam maiora: quædam minora: quæ ēt ea sequūtur a legislat' oribus lata. cum quædam magis: quædam minus puniantur. Cum enim uirtutes excelsæ summæque sint: qa perfecte rectoque assimilantur: secundū alium modum medię essent cū circa omnes ꝑspiciant: aut circa plurimas. Apud singulas ex utraque parte duo sunt uitia. aut ꝑ excessum. aut ꝑ defectum ut in largitate qdem perspicitur: in una parte auaritia: in altera ꝓdigalitas. Fit autem & in affectibus: ut in temperantia secundū qd' conuenientiam excedunt aut deficiūt. Nam si qs nō irascerē uidens parentes iniuriis cōuitiisque affectos: impassibilis haberetur. qui uero in oībus & contingentibus: non æque passibilis: sed oīno ex contrario. Rursus eodē modo defūctis parentibus: qui dolet quidem passibilis est. qui uero adeo dolore afficitur ut corrūpatur & superpassibilis: immodesteq3 passibilis. Qui uero dolore affectus est & id æque fert: est æque passibilis. Quippe q oīa timet: q̄is æqualiter timidus ē. qui uero nihil timet: audax. Fortis aūt ē q æque se habet erga audaciam & timorē: & de cæteris quoque idē ē ſmo. Quoniam igitur æqtas qdē in affectibꝰ optima ē. nil aliud qdem est æquitas q̄ mediocritas quædam inter excessus atque defectus. iccirco huiusmodi uirtutes ꝑ medium tendūt

Virtutes principantes
Virtutes sequētes
N
Fortis
Æquitas

quia in affectibus nobis prǣbent: ut medium teneamus. Cum autem & ſiquid aliud in nobis eſt: quod ſine dominio ſit: talis ē uirtus: neq3 bonum aliquod laudandum eſſet: ſi aut a natura: aut a diuīa quada3 ſorte: progrederetur: ac eſſet per ſe: ſponteq3 uirtus conſtaret: ſecundum impetum quendam: aut ſecundu3 ardens: permanēſq3 ingeniū: ad hoc ſequeretur: ſi motus ſua quidem ſponte conſtaret: q̄ uitium uoluntarium eſſet: quis enim quǣſo in optima ſui: honoratiſſimaq3 parte: id habere uellet: aut eligeret: quod maximum eſt malorum? Siquis aūt eſt: qui ad uitiū tendat: primū quidē: non ut ad uitiu3 tēdit: ſed tanq̄ ad bonum. Si ergo ad uitiū quiſq̄ accedit: eiuſmodi homo pœnitus decipitur: tanq̄ per minus malu3: maius depellat: ad hoc inuolūtarie deueniet. Fieri deniq3 nullo modo pōt: ut id quiſq̄ uolēs ad malū accedat: neq3 ſpe boni: neq3 timore maioris mali: quǣ igitur qui cum paruus ꝑ eram agit: inuoluntaria ſunt. Iniuria enim inuoluntaria cum ſit: longe magis iniuriam inferre: inuoluntariū ē. Multo maius malum id ē iniuria quicquid agere: q̄ eam ī ſe habere qeſcētem: quippe cū iniurię nō uoluntarię fiant: iiuſti differentia quadam ſunt puniendi: cum multo enim inter ſe diſtent damna: quǣ afferuntur. Inuoluntariumq3 illud in ſtulticia: ꝑturbationeq3 iaceat: cūcta deniq3 eiuſmodi: & ratione meditationeq3: & ciuilibus moribus ſunt comprimenda.

De illatione Iniurię & receptione eius.

De Amicitia.

Amicitia autem quǣ prǣcipua: & propria ē: haud aliter ſe habet: q̄ quǣ ſecundū reciprocam beniuolentia3 conſtat: hǣc uero permanet: dum ex ǣqualitate quadam uterq3 uult: & erga ꝓximum: & erga ſemetipſum bene agere: quǣ quidē ǣqualitas minime ſeruari poteſt: niſi ſit inter eos morū ſimilitudo. Nam ſimile ſimili amicū fit: prǣſertim ſi modus ſeruet: quǣ uero ſine mō ſūt: neq3 inter ſe inuicem: neq3 mēſura aliqua coaptari poſſūt. Sunt autem: & aliǣ quǣdam quǣ amicitiǣ uident. neque utiq̄ ſub uirtute ſūt: tanq̄ ab ea ſepatę: qppe quǣ naturalis erga filios eſt: & quǣ neceſſario inter ſe inuicem: & quǣ ciuilis: & quǣ denique a cōſuetudine quadam fit: nam hǣ ſemper beniuolentiam reciprocam nequaq̄ habent.

Amicitię Tres ſpēs.

Species autē amicitiǣ tres ſunt. Vna ciuilis: ac ſtudioſi animi. Altera praua: atque improba. Tertia media: quǣ ſcilicet medio modo diſpoſita ē. Itaq3 ut tres ſunt habitus animǣ: rationalis: animalis: unꝰ bonꝰ: alter malus. Tertius medius: ſic tres ſunt amicitiǣ ſpēs: inter ſe differētes praua ſcilicet corporis eſt: a uoluptate ſeperata: quǣ beſtialis habet. Ciuilis uero nudǣ animǣ gratia ī qua ꝑſpicitur ad uirtutē aptitudo quǣdam. Media quǣ ſunt utriuſq3 pulchritudinem appētit corpis

ſcilicet & animi. Si quis igitur eſt amandus: cum neque prauus: neq3 ciuilis ſit: ipſe medius quidam eſt Quapropter amor qui corpora cõficit ac procreat: demon quidam magis ſatendus eſt q̃ deus: nequaq̃ enim terreno corpore natus ẽ: qui diuina hominibus tribuit: aut ecõuerſo. In tres igitur ſpecies cum aĩcitia cõiter diſtribuatur: ut prædictum eſt: boni ratio: honeſtique: omnem depellit: fugatque perturbationem. Vnde quod artificiale eſt: id in rationali parte animæ conſiſtit. Speculationes autem etiam ſunt ad eum cognoſcendũ q amandus: qui acquirendus: & quo uti amico quiſq̃am debeat. Iudicat autem ipſum ex illius propoſito atq3 impetu ſi feruenter: ſi generoſe: ſi denique apte ad bonum mouetur. ſibi autem uẽdicat amicitiam qui eam acquiſiturus eſt: delitiis uacans: non puerilia laudans: uere prohibens potius atq3 oſtendens: quod non ita uiuendum ſit: ut impræſentiarum ſe habet. Ea denique perſuadens per quæ exercitator erit perfectus. Finis tamen eis eſt: pro amato fore amicos. Tantum autez mali iniuſticia eſt ut magis iniuriam facere q̃ pati fugiendum ſit. naz illud peruerſi hominis eſt: alterum ægroti: morbus quidam: Turpe tamen utrinque. Verum iniuriam inferre: tanto deterius eſt: quanto profecto turpius. Confert autem facienti iniuriam iniuriæ ſubiici ut ægrotanti corpus medico curandum præbere. Omnis nanque pœna quædam medela eſt peccati animæ. Cunque uirtutum complures ꝑ affectus uerſentur: de affectu dicendum: quale: aut quid ſit. Eſt igitur affectus motus animæ ſine rõne ut in malo aut ut ĩ bono. Dictũ quippe eſt motus ſine ratione. quoniam non ſunt iudicia affectus neque opiniones, ſed irrationabilium animæ partium motus. Siquidez in parte animæ paſſibili: noſtræ operationes conſtant. In nobis deniq3 nolentibus ac reſiſtentibus: interdum etiam cognoſcentibus: ſæpe fiunt: quanq̃ neque dolore affecta: quæ coincidunt: neque iucunda: neque terrenda ſint nihilominus ab ipſis ducimur: neque ſi hæc paciamur q̃uis iudiciis eadem ſint. Hæc enim contemnentes abiicimus ſiue decenter ſiue indecenter aut in bono aut in malo. quoniam ſecundũ indifferentis rei ſpeciem non mouetur affectus. Nam omnia cõſtant ſub ſpecie boni aut mali. Si. n. bonũ adeſſe ĩtelligimus: delectamur. ſi futurum concupiſcimus. & econtra malum. ſi adeſſe quidem illud intelligimus: dolore afficimur. Futurum uero metuimus. Sunt autem paſſiones ſimplices & elementales duæ: uoluptas & dolor. Cæteræ uero ex his fiunt. haud enim cum his computanda ſunt: appetit⁹ & timor: quaſi principales ſimpliceſque ſint. ſiquidem qui timet: nõ

Iniuriam inferre.

compa

De Affectu.

Voluptas & Dolor. passiones simplices & elementales.

pœnitus priuatur uoluptate. Neque siquis desperatione aliqua per tempus afficiatur: circa remotionem aut leuationem mali: abundat tamen dolore: moleste ferendo: & hac de causa dolori copulatur.

Appetens quippe in expectatione manens assequendi boni: delectatur neque tamen omnimodam fiduciam habens: neque spem firmam: dolet: molesteq3 fert. Itaque appetitus & metus cum res non sint principales: concedendum est: neque aliarum q̄uis perturbationum: simplicem: ut scilicet desiderium: & emulationem: & cæteras eiusmodi: cum in his perlucide ispiciatur: aut uoluptas: aut dolor: tanq̄ ex his mixte. Affectuum autem: alii quidem sylueſtres sūt: alii domestici: quicunq3 insunt secundum natura3 homini necessarii & proprii: sic autem se habent: quousq3 & æque moderati sunt. His uero cum accedat immodestia: immoderati habentur: huiusmodi autem sunt uoluptas: dolor: ira: misericordia: pudor: delectari enim proprium est: in iis: quæ sunt secundum naturam. Dolere autē in cōtrariis. Iracūdia ad uindictam de inimicis sumendam: ulciscendamq3 necessaria est. Misericordia aūt est proprium humanitatis. Pudor deniq3 aptus est ad turpitudinem euitandam. Siluestres pturbatiōes sunt: quæ præter naturam habentur: ac peruersitate quadam: paruaq3 consuetudine constant: ut sunt risus: gaudium de malo: immanitas: quæ aut ītensa remissaq3: aut quomodocūq3 se habeant: peccata esse constat: nullam recipientia æquitatem: de uoluptate aūt doloreq3 inqt Plato: has perturbationes: quodammodo naturæ notas: a prīcipio ferri: dolore: molestiaq3 aduenientibus: præter naturam mouemur. Voluptate uero in iis quæ secundum naturam cōstituimur. Putat aūt cōstitutionem secundum naturam: medium quoddam esse: inter molestia3: & uoluptatem: neq3 in altero illoꝝ idem est ī quo & plus temporis sumus.

Docet etiam plures esse species uoluptatum: alias scilicet corpis: alias animæ. Præterea uoluptatum: quasdam ex contrariis pmisceri: quasdam puras esse atq3 integras: quasdam rememoratiuas: quasdam cū spe detentas: & quasdam turpes: quæcunq3 luxu aliquo fiunt: atque iniusticia: quasda3 deniq3 medias: quæ quodammodo boni quiddam pticipant: utputa leticiam in bonis: ac eas uoluptates: quæ de uirtutibus habētur: cumq3 plures uoluptates reprobate sint: non est quærēdum: an simpliciter uoluptas quæat inter bona connumerari: tenuis enim uidetur: ac sua quidē natura minime digna: cum neq3 principale quicq̄ habeat: neque substantiale: sed etiam cum contrario simul constet: commiscentur nanq3 inter se uoluptas: & dolor: qd̄ nequaq̄

cõtingeret. si alter⁹ simplex bonũ: alter⁹ malũ eẽt. Rer⁹ aũt publicar⁹ inqt: quasdam subiectas esse ptes de qbus in li. de repu. tractauit ubi primã exptẽ belli descripsit. alteram ardentẽ atq; bellatricẽ: qb⁹ per/ qrens siq; potiores eẽnt. & quo & pacto constarent: deniq; instar fere diuisionis aiæ ptitus ẽ. In tres. s. rempublicam diuisit ptes. in muni/ cipes adiutores & magistratus. Magistratui cõsiliũ & regimẽ tradit. Municipibus primũ locum si opus est ad pugnandum qui ad partẽ irascibilem sunt ponendi: quasi una cum quadam societate rationali decertent. Cæteris adiutoribus artes: & cæteras operationes. Princi/ pes uero uult philosophos esse: primi supremique boni contempla/ tores. Sic enim ad hunc modum gubernarent. Nam nisi philosophi regnent: nunq̃ malis uacabũt res humanæ. uel qui reges decernũtur: diuina quadam sorte philosophentur. Optime quippe & omni cum iusticia ea tempestate traherent ciuitates ad suas ut decet leges exercẽ das. Quapropter in primis suadet ut his & principes plebis & com/ militones pareant: pugnentque ante eos cũ cæteri facile ad eos sequẽ dos suadeantur. Quinque igitur inquit esse respublicas. Aristocra/ ciam scilicet quando optimates dominantur. Imocraciam cum prin/ cipantes uenerentur. Tertiam democraciam. Quartam olygarchiaꝫ. Postremam denique tyrannidem: cæteris deteriorem. Subscribit au/ tem ex materia & alias respublicas. quarum illa est: de qua in libro de legibus tractauit. & quæ ex correctione in epistolis ad ægrotantes ci/ uitates: quæ sunt in legibus iam: & locum separatum habent. & ho/ mines & omni ætate selectos: quare secundum eorum naturæ: locor⁹ q3 differentias: propria disciplina: exercitio armisque indigere. Itaq; qui maritimas oras colunt: nauibus belloq; nauali uti. qui uero me/ diterranei habentur: armentur ad pedestrem pugnam. Vsusque ar/ morum montanis leuiorum sit. sed illis grauiorum qui in uallibus uersantur. Liberi uero eorum ad usum equestrem exerceantur. Verum in eiusmodi ciuitate nequaq̃ mulieres esse cõmunes instituit Est igitur ciuilis uirtus & theorica & practica. & in primis appeti/ tiua ad bonam optimamque ciuitatem conficiendam: quæ consensũ habeat ciuium: & concordiaꝫ quæ præcipiat: ac illas partes subiectas habeat: bellicam scilicet militarem & legalem. Considerat autem respublica & cætera infinita. & illud præsertim: utrum bellandum sit an non. Qualis autem philosophus sit: iam prædictum est. Differt ab eo sophista hac in re. Modo quidem ipso quod mercedem iuue/ num recipiat. Quod potius existimari uelit q̃ esse honestus & bonus

Res pu. diuisa in tres ptes.

& principes debeant ee phi.

Quinq; res. pu.

phus in q differt a Sophista

Materia uero: quoniam philosophus circa ea: quæ semper: & per se: ac eodem modo se habent: ipse uersatur. Sophista autē circa id: quod non est: exercetur: secedens in locum: ubi ad tenebras quasdam difficulter perspici potest. Nam illi: quod est: non opponitur quod non est: cum hoc insubstantiale: & non intelligibile: nec ullaz deniqz substantiam habeat: quod si quis dicere aut intelligere conatur cum in semetipso pugnet: uacillabit. Est autem quod non est: secundum q̄ auditur: non nuda negatio eius: quod est: sed cum declaratione quadam ad alterum. Cui quidem & prīo quod est: accidit: ut nisi: & hæc reciperent: quod nō est: non possent: a cæteris separi. Nūc uero quotcunqz sunt: ea quæ sunt. tot sunt ea: quæ non sunt. Nam non quoddam quod est: non est: quod est. Hæc deniquæ sufficiant ad introductionem dixisse: ad doctrinam percipiendam Platonis: quorum fortasse quædam cum ordine dicta sunt: quædaz sine ordine: atqz dispersę. Ab iis tamen quæ diximus speculantes: & perquirentes cætera Platonis præcepta: consequi possunt.

Lucii Apuleii platonici Madaurensis philosophi metamorphoseos liber: ac nonnulla alia opuscula eiusdem: necnon epitoma Alcinoi in disciplinarum Platonis desinunt. Impressa per Henricum de Sancto Vrso in Vicentia. Anno salutis .M.CCCC.LXXXVIII. Die nona Augusti.





REGISTRVM

A
Prima uacat
Ioannis An.
ille ſyrus
pl⁹ aliq̃tulũ

a
.L. Auleii
oriente ad
forari quo
quid tu inqt

b
hæc ego
lo fluente
es meritoq3
ſuffodere

c
dicta ſolatiũ
capitis acre3
lacte uacci.
amatore bu.

d
poti⁹ domus
merito nul.
miſeram exa
uelle ſtatim

e
Ac ſi pentes
utrũ uerum
hilaratum
diuinumq3

f
luce q̃q̃
Alius iteru3
manu ſecut⁹
malus boni3

g
cadentium
ſermões ali.
agebaz bono
querere

h
Erat quide3
conſtituit
plauſus
conſtrictio

i
uultum p̃
uindicta
Nocte qua
atque ut

k
equũ ac ne
honoribus
uilis acquiri
ſed iterfictas

l
diuina me
ſolũ ſterne.
quantiſque
erũnis &

m
& adhuc
optime offer
Hæc atque
philoſophie

n
pauimẽti
uerũ etiam
docent Car.
mei Sicinii

o
iuſta i
πρρτιϭ
tandem eſt
mea culpa

p
poſtulo igit̃
primorẽ
enĩ libere
nullus loc⁹

q
qnod ad pu.
ex iſtis cui⁹
ſuo machĩa.
neſtre quas

r
diſſent pri.
manu uolu.
.L. Apuleii
ſit effetior

ſ
Quæ omnes
liberi procu
diuinit⁹ illa.
formoſus ẽ

t
ægritudinẽ
permixta eẽ
iuſti tenax
cætera meli.

u
refrenet con
.L. Apuleii
Hanc ſequit̃
ſcũt penetra

x
ĩ ſe ipſam
agitatiõe nũ
animal ergo
tem philoſo

y
ad celum eſt
arbuſta
faciũt cũctis
rei inane

z
ad ſylogiſti
ſecundus
eſt. Negatĩa
ut ipſe res

&
ordinem
tatẽ quæ
ne forte ſi
nunq̃ muta.

⁹
uitup̃ia ſi
quæ penes
ſcilicet & cũ
contingeret

ANDREAS HUBER
BUCHBINDER
WIEN, MAGDALENENSTR. 21

